
ex-libris
EDMÉ
HERMITTE

Ballet a De Jussieu.

Ballet

# LEXICON GRÆCOLA-TINVM,

EX VARIIS AVTHORVM ſcriptis qui in hoc commentandi genere excelluerunt, ita decerptum, hácque enchiridii forma digeſtum, vt non pœnitenda vocum acceſſione, OPVSCVLORVMQVE operi conuenientium additione auctum illuſtratúmque ſit.

APVD IO. CRISPINVM.

M. D. LXVI.

## ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΠΟΡΤΟΥ, ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΣ, ΕΙΣ ΤΟ ΜΙΚΡΟΝ

Λεξικὸν τὸ παρὰ τοῦ Κρισπίνου τὰ τῇδε ταῦτα ἐκδοθέν.

Μῶμος ταῖς Μοίσαις, βαιὰ ἡ βίβλος· αἱ δ᾽ ἔγε, βαιά·
Τόσσα δ᾽ ἔχει σταθερᾶς ψάμμος ὅσα Λιβύης.
Ὅσσα θεῶν, θνητῶν τε πέλει, ξαφερᾶς τε, καὶ ὑγρᾶς,
Σήματα φωνάων πουλὺ φαεινότερα·
Ἠελίου, προτέρων τόσσα φέρτερος, ὅσσον ὅς ἄστρων,
Κρισπίνῳ δὲ χάρις γίγνετ᾽ ἀπειρεσίη.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰς ὀλίγον συνάγειν σωρὸν μέγαν, ἐν δ᾽ ἅμα σώζειν
Κόσμον, ἰδὲ χρείην, θαῦμα πέλει σοφίης,
Δεῖξεν Ἀριστοτέλης· ὅσα χάνδανε πόντος, ἀήρ, γῆ,
Οὐρανὸς, ἐς φωνῶν ἑρξάμενος δεκάδα.
Κρισπῖνος τὸ μαθὼν φωνῶν τὸν ἀπείρον᾽ ἀριθμὸν
Σύνθετ᾽ ἐπισταμένως εἰς ὀλίγας σελίδας.
Κεῖνος μὲν ὄντων ἰδέας συνελέξατο· πασῶν
Λέξεων σημασίας αὐτὰρ ὁ πουλυπλόκους.

ΓΥΛΙΕΛΜΟΣ Ο ΓΛΕΝΔΙΟΣ.

Μαρνάμενοι πενίῃ δαπανῶν νῦν λήγετε πολλῶν,
Ἀδρανέες παῖδες λήγετε νῦν καμάτων,
Λεξικὸν εὑρόντες κοῦφόν τε, καὶ εὔχερες, ὑμῖν
Μειοῦν τὰς δαπάνας, πλείονα τῶν πρὶν ἔχον·
Κρισπίνῳ δὲ καλῷ κ᾽ ἀγαθῷ χάριν οἴδατε πολλήν,
Φειδόμενοι δαπανῶν παυόμενοί τε πόνων,
Τῷ συμπλεξαμένῳ τόδε· τεύχεται οἷα μέλισσα
Δαίδαλον ἐν σφετέροις σμήνεσι κηρόμελι.

# ΙΩΑΝΝΗΣ Ο ΚΡΙΣΠΙΝΟΣ
τοῖς φιλέλλησι χαίρειν.

ΑἹ δεύτεραι φροντίδες (κατὰ τὴν παροιμίαν) σοφώτεραι. ἐγὼ γὰρ ἐπεπείσμην τοσούτων ἤδη λεξικῶν ἐκδεδομένων, τὰ τελευταῖα δὲ ἐκείνου τοῦ μεγάλου ξένου ἕως τουτὶ παρ' ἡμῖν ἐκτυπωθέντος, ἐμέ τε, καὶ τοὺς ἄλλους μόλις ἂν τῶν τοιούτων ἄθλων εὑρεῖν ἀπαλλαγήν. Εἶτα μὴν καθ' ἑαυτὸν ἀναλογισαμένῳ τὸ πάχος, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὸ δυσμεταχείριστον τοῦ βίβλου, καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς δαπάνης, ὃ τοῖς πλείστοις τῶν περὶ τοὺς λόγους διατριβόντων ἀνιαρὸν καὶ ἐπαχθὲς εἶναι πέφυκεν, ἔδοξέ μοι μεταγνόντι καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα μετελθεῖν, καὶ τοῖς φιλομαθέσι μὲν, ἀπόροις δὲ τῶν νέων εἰσενεγκεῖν καλόν τε καὶ ὠφέλιμον ἔρανον. ἦν μὲν οὖν παγχάλεπον τὸ ἔργον. πῶς δ' οὔ; τὸ τοσούτων καὶ τοιούτων ἀνδρῶν τῶν τοιάδε πραγματευσαμένων τὴν φιλοτιμίαν ὑπερβαλεῖν (ὅπερ ἦν παντάπασί μοι πειρατέον, εἴγε μὴ πολλὴν ἀπαιδευσίαν ἔμελλον ὀφλισκάνειν.) Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν περὶ τοὺς λόγους ἀσχολουμένων, οὐκ ἀποκνητέον, ἀλλὰ φιλοπόνως διακινδυνευτέον ἡγησάμην, ὥστε μὴ τοῦ σκοποῦ διαμαρτεῖν. καὶ γάρτοι μετὰ πλείστης καὶ συνεχοῦς ταλαιπωρίας ἀνελίξας πάντα τὰ πρὶν ἐκτυπωθέντα, καὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα, καὶ χρήσιμα ἐς εἰσήγησιν ἐκλεξάμενος, τὰ δ' ἄλλα τοῖς προτέροις καταλιπὼν (ὅπερ ἄνευ πραγματείας πολλῆς, καὶ κρίσεως ἀκριβοῦς γενέσθαι οὐχ οἷόν τε ἦν) τὸ παρὸν λεξικὸν οὐδὲ μιᾶς φεισάμενος δαπάνης, εἰς φῶς ἐκφέρω. προσθεὶς μὲν παμπόλλους λέξεις ἐκ δοκιμωτάτων συγγραφέων συνειλεγμένας, κέρδος οὐ μι-

κρὸν τοῖς φιλολόγοις ἐσόμενον· εἰς δ᾽ ἐγχειριδίου σχῆμα τὴν βίβλον ἀποκαταστήσας, καὶ οἱονεί τινι σεισαχθείᾳ τοὺς ὠνησομένους ἀνακουφίσας, οὐδένα (δ᾽ ὅσον τὸ ἐπ᾽ ἐμοὶ) τῶν πρότερον περὶ τὰ τοιαῦτα πεπονηκότων ἀδικήσας. Δέξασθε τοίνυν, ὦ φιλομαθεῖς, θησαυρὸν πάγχρηστον, καὶ πάσης λέξεων εὐπορίας ἀνάπλεων· φέρειν μὲν εὐχερῆ, μικροῦ δ᾽ ὠνητόν· εἰς δὲ τὴν τῶν ὄντων, ὧν σύμβολα αἱ λέξεις, κατάληψιν καὶ γνῶσιν ἀναγκαιότατον. Ἣν δὲ καὶ ὑμᾶς αἴσθωμαι τὴν ἐμὴν σπουδήν τε, καὶ φιλοπονίαν εὐγνωμόνως ἀποδεχομένους, οὐ κατοκνήσω κἀγὼ οὐδ᾽ ἐθελοκακήσω, ἀλλὰ πάσῃ προθυμίᾳ πειράσομαι, ἃ νῦν διανοοῦμαι, Θεοῦ θέλοντος, ἐκτυπῶσαι, καὶ πᾶσι τοῖς ἀσπαζομένοις τὰ παρ᾽ ἡμῶν ἀνεπιφθόνως ὁσημέραι χαρίζεσθαι. Τέως δ᾽ ἔρρωσθε, καὶ χρῆσθε τοῖς παροῦσιν εὖ πράττοντες. ἐκ τοῦ παρ᾽ ἡμῖν τυπογραφείου, δεκάτῃ ἱσταμένου Γαμηλιῶνος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ θεογονίας χιλιοστῷ, πεντακοσιοστῷ, ἑξηκοστῷ ἕκτῳ.

# GRÆCÆ LINGVÆ STVDIOSIS adoleſcentibus, S. P.

MONVIMVS Lectores ſuperioribus annis quũ Lexica maiora daremus, in Græciæ latifundiis tantam rerum ſyluam prouenire, vt in opere faciendo permultis opus ſit. Ac quoties repetenda fuit Lexicorum editio, nũquam ea ſub incudem reuocari paſſus ſum, quin nouo aliquo labore ornata commendatáque vulgarentur: in quo vel ſarrire quidem aut runcare luxuriantem ſegetem ſua laude non caret. Daturi itaque hoc Lexicon in enchiridii formam redactum, ad veſtrum vſum ita aptauimus, vt comparatu facile, nec pondere nec vaſtitate vtentem onerare poſsit. Ne verò etiã prolixiora in hoc opere prolegomena vos remorentur, præfationum vice ea adduximus, quæ ad penitius cognoſcendam eam linguam conferunt, quæque à doctiſsimis huius ætatis viris collecta ac memoriæ prodita ſunt De germana eius Linguæ pronuntiatione ac proprietate, potiſsimum ſpectant.

GRÆCORVM LITERÆ XXIIII.

Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω. Quarum omnium vim Latinos ſentire probéque exprimere teſtatur Plinius natur. hiſt. lib. vii. Grammatici autem à litteris tanquam à parte ſimpliciſſima exordiuntur. Orationem enim in qua verſantur, primùm omnium in vocabula, eáque rurſus in ſyllabas, niſi quum monoſyllaba ſunt: ſyllabas demum in litteras diuidunt, niſi quum & ipſæ ex vna vocali conſtituuntur. Quamobrem etiam litteræ à græcis ϛοιχεῖα, id eſt, elementa vocantur, vt docet Plato in Cratylo, & Dionyſius. Eædem verò etiam γράμματα appellantur à ſcribendo, ſiue quòd ex lineis conſtent. Sunt enim inuentæ ſimpliciſsimis articulatæ vocis ſonis certo linearũ ductu exprimendis. Ceterùm diuini huius muneris quis primus inter mortales author fuerit, non liquet: de qua re, ſi libet, videte Plinium li. 7 ca. 56. Ex Phœnicia quidem cõſtat à Cadmo in Græciam illatas. Sed, quod ipſi Græci ignorarunt, Hebræis deberi earum inuentionem, ipſa nomina apertè declarant. Sexdecim aũt initiò fuiſſe, idem Plinius, Dionyſius, & Plutarchus, verè ſcribunt. Quum enim inuentæ ſint literæ ſimplicibus ſonis ſignificandis, neceſſe eſt profectò in omni lingua, vt quidem cõmodè ſcribi poſſit, totidem omnino litteras exſtare, quot ſunt eius ſoni ſimplices. Alioquin ſiue plures ſiue pauciores fuerint, & ſcriptioni & pronuntiationi magnas tenebras offundi neceſſe fuerit. Idque ſolicitè Græcos obſeruaſſe, vel hoc vnum ſatis oſtendit, quòd inter Elenchos Ariſtoteles nullam ex litteris fallacem concluſionem numerat: quum nihil poſsit frequentius occurrere, ſi vni litteræ duplicem ſonum, vel cõtrà vni ſono duas literas tribueris. Simplices igitur Gręcę lingue ſonos ſexdecim, totidémque neceſſarias litteras eſſe, ex eo apparet, quòd ex reliquis octo qui totidẽ litteris ſcribuntur, alii ſint compoſiti, alii ſuapte natura iidem cum cõpoſitis.

Sexdecim antiquæ Cadmi litteræ ex Phœnicia in Græciam illatæ & totidem ſonis ſimplicibus exprimẽdis repertæ ſunt hæ, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. Nam aliæ præterea octo illis additæ ſunt partim à Palamede, partim à Simonide, videlicet η ω ζ ξ ψ θ φ χ: quod nulla quidem neceſsitate factum eſt, ſed maximo tamen cum fructu, vt ſcriptio minus eſſet laborioſa, magíſque compendioſa.

His ita ſe habentibus. hoc ſit pro certo poſitum & conſtitutũ, quod nemo negare ſanè poteſt, haſce litteras α δ ε θ ι λ μ ν ξ ο π ρ σ τ φ χ ψ ſonuiſſe olim quemadmodum nũc ſonant, & ab omnibus citra controuerſiam ferè rectè pronuntiari. Itaque breuiores erimus in earum pronuntiatione pertractanda. Illud ſolùm obiter admonendum, corruptam hanc qua vulgò vtimur pronuntiationem id nobis inuexiſſe, vt in earundem quibuſdam nomenclaturis & appellationibus potius quàm ſono turpiter peccetur, dum pro mu mi, pro tau taf dicitur: atque ita in nonnullis aliis. Porro has β γ ζ η κ υ ω non ſolùm vulgus, ſed & docti plerique, recepto & pertrito vſu vel abuſu potius & peruerſa conſuetudine, ita abſurdè proferunt, vt non ſolûm nomen amiſerint, ſed etiam veræ & genuinę pronuntiationis nihil planè referant, atque adeò alium prorſus iam ſonum induerint: quemadmodum ordine alphabetico ſuo loco infrà declarabimus.

A, α, a.

ΑΛΦΑ, Alpha, ex Hebræo nomine Aleph, deinde alepha, & per ſyncopen alpha, nomen habet. Sono reſpondet A Latino: in id enim vertitur: debétque in imo gutture pronuntiari clarè, & ore prorſus hiante.

Ἀγρὸς, ager.

Ἀργὸς quaſi ἀεργὸς, otioſus, iners.

B, β, b.

ΒΗΤΑ, Bêta, vulgo laxius quàm b Latinum profertur, ita vt v conſonantem referat: ídque ineptè & contra vſum venerandæ antiquitatis. Nũc enim βίος pronuntiant *vios*: quo vitio perpetuò laborat in Hiſpania Burgenſis diœceſis, enuntians *veſtia, vene*, pro *beſtia, bene*: quin eadem adhuc vitium geminat, quum præpoſterè profert *bita, bacca*: pro *vita, vacca*: & *vonum binum*, pro *bonum vinum*.

Sonanda eſt vt prior ſyllaba Gallicæ dictionis *beſte* ſeu *bête*, quæ beſtiam ſignificat.

Ab Hebræo Beth nomen habet, addita formali litera α.

Euſtathius in Homerū β (inquit) μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς. & alio loco: βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. Citátque hunc Cratini verſum qui eſt apud Ælium Dionyſium.

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Quod ita proferendum eſt.

*Hod' élithios hooſper probaton bee bee legoon badizei.* Hoc eſt, Is autem fatuus tanquam ouis bee bee ſonans badizat, id eſt, incedit, vadit, iuxta illud Plauti in Aſinaria, Demā hercle iam de hordeo tollutim, ni badizat.

Quid multis? Ipſius literæ B figura, quæ Græcis & Latinis eadē eſt, ſatis indicat eā apud vtroſque eandē habere vim, poteſtatē, & ſonum.

Γ, γ, g & ϝ ſiue F digamma Æolicum.

ΓΑΜΜΑ, ſiue, vt Iones appellant, Gema, de quo docti minus laborant. Sonat vt G Latinum: & ab omnibus ferè rectè pronuntiatur ante pleraſque conſonantes, vt ὄγδοος, γλῶσσα, ἀγμὸς, γραφεὺς, ἄγμος: & ante vocales α ο ω, γάμος γονεύς, ἐγώ: ſed ante reliquas vocales vulgò vicioſius & effœminatius profertur. tunc enim nouum huic literæ ſonum quendam tribuunt, cum i conſonante (vt quidem vulgò profertur) communem. itaque pro γενεαλογία, legūt *Ienealojia*, quum vbique deberet maſculū illum, & per omnia ſimilē ſeruare ſonū, mediū, inquam, inter tenuem & aſpiratū, quē perpetuò adhibēt Germani: nec in coniugatione λέγω, λέγεις, λέγει vel alibi, vllo modo variāt, quaſcūque tandē cōtingat eam præcedere vel ſubſequi literas. Certū enim eſt i Conſonantis ſonū à Græcis nunquam fuiſſe vſurpatum, ſicut in ἰῶτα dicemus. Deinde vni literę duplicē ſonū tribuere nō potes, quin Græcos fatearis literarū inopia laborare, quod ne veriſimile quidem eſſe poteſt. Eodem igitur ſono tā Græcis quàm Latinis hęc litera pronuntiari debet, quęcunque tandē vocalis ſequatur, eo ſcilicet quem integrum retinuit inter a & o.

Ab Hebræo nomine *Ghimel* longius Gamma receſſit: vnde digamma Æolicum appellatur, quòd duplicis gamma imaginem referre videatur. de quo plura in φ.

Δ, δ, d.

ΔΕΛΤΑ, Delta, à nomine Hebræo daleth ſiue deleth.

Sonat vt noſtrum d.

Ab eius figura aſtrum δελτωτὸν nuncupatum eſt, quod eſt ſignū in cęlo ſupra arietis caput poſitū, δελτοειδεῖ, hoc eſt, triāgulari figura, Δ literæ imaginē referens, à qua etiā nomen habet, duobus æquis lateribꝰ, vno breuiori, in vnoquoque angulo ſtellam habens.

Ε, ε, e breue.

ΕΨΙΛΟΝ, id eſt e exile ſeu tenue, peculiare nomen non habet. Nam Hebræis nulla eſt litera quæ huic reſpondeat.

Vna eſt ex iis quatuor quas Plato in Cratylo ſcribit à Græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, ſed tantùm ipſarum nomina, vt Alpha, Beta, & ceteræ omnes literæ præter ο ω & υ. Ex his autem Platonis verbis liquet, epitheton illud quo pſilon vocatur, id eſt tenue, poſtea adiectum eſſe, quum inter ε & αι diſtingui, & illud quidem inter literas, hoc verò inter diphthongos numerari cœpiſſet. Veteres enim initiò hanc literam ει vocabant, ſicut oſtendit Plutarchus in eo libello quem inſcripſit περὶ τοῦ ει ἐν Δελφοῖς, & poſt eum etiam Euſtathius Iliados ε. Item Nigidius apud Gellium li. XIX. cap. 14. meritò quidem in eo Græcos reprehendens.

Pierius dicit ε graui eſſe ſono, ac tum demum exaudiri, quum ſpiritus aliquanto inferius contrahi videtur, & ſuppreſſo quodammodo ſono enuntiatur: ε ψιλὸν verò acutum habere ſonum, quum ad aperta vſque labra porrigitur, & vocaliore ſono ſe prodit.

Cauendum autem in primis ne η litteram vel ει diphthongum pronuntiemus vt ε: neque incidamus in vitium orationis effœminatæ, quod vocant Grammatici πολυέψιλον: vt inferius in η & ει oſtendemus.

Ζ, ζ, z.

ΖΗΤΑ zeta non zita: id autem oppoſuimus Tſade Hebræorum, non zain. Neque enim pronūtiari debet ſicut hodie à Gallis ſ litera effertur, quū eſt inter duas vocales media, neq; etiā vt duplex ſſ, ſed vt dſ, q. ſonꝰ eſt ſuauiſſimꝰ, & à Latinis nunquam ſatis rectè exprimi potuit.

Quintilianus lib. XII. iucundiſsimas eſſe teſtatur apud Grecos ζ & υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcius ſpirāt. & ſubdit, quas mutuari ſolemus quoties illorum nominibus vtimur. Quod quum contingit, neſcio quo modo hilarior protinus renidet oratio, vt in zephyris zopyríſque: quæ ſi noſtris literis ſcribantur, ſurdū quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridæ, quibus Græcia caret: Hæc Quintilianus. Cōtrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc literam reformidaſſe, quod, dum exprimitur, morientis dentes imitetur: hinc factum vt quidā non omnino malè eam cum ſtridore quodam pronuntiandam cenſeant. Ceterùm quod omnes aſſerunt Græci Grammatici, nimirum non dſ (vt diximus) ſed ſd valere, hoc mihi quidem probari non poteſt. Nam primùm omnium debet inter tres duplices eadem eſſe analogia. Ceteræ autem non valent σπ vel σκ, ſed πσ. vel κσ. Deinde vbi illa eſſet huius literæ ſuauitas, qua Fabius teſtatur nullam dulcius ſpirare?

Romani qui peregrinam ζ inter ſuas adſciuerunt, eam aliquando duplici ſſ reddunt: πατρίζω patriſſo, μάζα maſſa.

Η, η, ee, ſiue ê longum.

ΗΤΑ, Eeta ab Heth denſiſsima Hebræorum conſonante nomen traxit, fuítque olim nota

nota aſpirationis, vt declarat Athenæus libro nono, his verbis, Οἴμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ η στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ η προγράφουσι, id eſt, Veteres arbitror H elemento aſpirationem formaſſe. quamobrem etiam Romani omnibus aſpiratis nominibus η præſcribunt.

Ideoque in notis numerorum antiquitus apud Græcos H, ἑκατὸν, id centum deſignabat, quòd prima eſſet eius vocis litera, quam tum ſic ſcribebāt H E K A T O N. Quia verò Græci hanc aſpirationem non ſuprà ponebant, ſed ipſi lineæ inſerebant, hinc ortus eſt magnus error. Quo factum eſt vt cœperint eam ſupraponere, ac tandem illam diſſecuerint, hoc pacto H: ita vt anterior pars ſignificaret ſpiritum aſperum, poſterior lenem, quibus adhuc vtimur in literis grandiuſculis. In antiquiſsimis Heracleenſiū numiſmatis, legitur ⊢ΗΡΑΚΛΕΩΝ & ⊢ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ, præpoſito in ipſo contextu ſpiritu aſpero.

Eam autem notam poſtea pro ε longo Græcia vſurpauit, vt diſertè teſtatur Plato in Cratylo his verbis, οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν, id eſt, η enim non vſurpabamus olim, ſed ε. Idipſum Auſonius poeta de literis Græcis & Latinis, hiſce verſibus, qui ſubmutili videntur, confirmat.

*Ητα quod Aeolidū, quódque valet hoc Latiar E:*
*Præſto quod E Latiū ſemper breue Dorica vox Ε.*

H igitur nullo modo exiliter pronuntiādum vt ἰῶτα, quicum nihil commune habet, ſed e obliquo vaſtóque quodam ſono, medio inter α & ε: rictu minus diducto quàm α, hiantiore tamen ac min⁹ in ima depreſſo ſono, quàm ε. Hinc fit vt Græci δημοσθένεα τείχεα, in δημοσθένη, τείχη contraxerint: & vbicunque ferè εα incidit, in η contrahunt.

Legatum iuriſconſulti Græci ληγᾶτον: quod quā abſurdè *ligaton* proferretur, quis nō videt?

Caius Iuriſc. de verb. ſignif. Telum, inquit, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur quod mittitur manu. Ita ſequitur vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur: dictúmque ab eo quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id eſt, ab eo quod eſt lōgè: quam etiam etymologiam Iuſtinianus in ſuas Inſtitutiones retulit.

Franciſcus Vergara noſtri ſeculi doctiſsimus Grammaticus, de vi & prolatione literarum ſic ſcribit, η perinde nunc profertur acſi eſſet ι longum, quum ſit e longum: ex H per virgulam tranſuerſam interſecta duæ propemodum E E fiunt, ſic H quas geminas continere dicitur H tam figura quàm etiam tempore, nimirum ſemper longa, duas ſemper breues. Atque ita transfertur à Latinis per e lōgum, vt Δημοσθένης Demoſthenes, κρατήρ crater.

Ex quibus apparet, perperam eos facere qui η cum iota confundunt.

Θ, ϑ, th.

ΘΗΤΑ ab Hebræo nomine Theth, ideóque vocatur theta, non vt nunc thita, quia in priore ſyllaba eſt η ſiue e longum, quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocantur *bêta zêta êta thêta*. Perſius ſatyr. IIII.

*Et potis es nigrum vitio præfigere thêta.*

Et Martial. lib. VII.

*Noſtri mortiferum quæſtoris Caſtrice ſignum?*
*Eſt operæpretium diſcere Thêta nouum.*

Θ enim funeſta illa in capitalibus iudiciis litera (quod dictionem Θάνατος inchoet) nota erat condemnationis.

Ι, ι, i.

ΙΩΤΑ, Iōta triſſylabum ab Hebræo Iod, τ pro d vſurpato, reſpondet i Latino.

Cæcilius hanc literā vocat pumilionem, quòd omnium & figura & ſono tenuiſsima ſit & minima: eſt ſiquidem μονόγραμμος. Plato indicat accōmodam eſſe ad exprimendas res ſubtiles & penetrabiles, quod declarant, vt ait, ἰέναι, ἵεσθαι, ac ſimilia. Itaque planè aliter ſunt proferenda η υ ει οι υι, quam ι: ne inter legendum incidamus in ἰωτακισμὸν & πολυΐωτα, quæ orationem faciunt exilem, eneruem, pipientem & confuſam. Neque enim Χρυσὸς ſonandum vt Χρησὸς: neque κιὼν vt κυὼν, μηκρὸν longum, vt μικρὸν paruum.

Κ, κ, k, c, q.

ΚΑΠΠΑ, Kappa ſiue Cappa ab Hebræo Cap ſeu Caph, valet c noſtrum, item k ſeu q. Ab omnibus ferè incorruptè & rectè pronuntiatur, ſcilicet vt k non ſolùm ante conſonantes, vt κλέπτω, ἀκμή, κνίσσα, κρᾶσις, κραιπάλη crapula, χαρακτήρ: ſed etiam ante vocales α ο ω. καλὸς, κόμη coma, κώμη vicus, pagus, & in fine dictionis, ἐκ ex.

Priſcianus author eſt, k & q, quamuis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem tam in ſono vocum quàm in metro continere poteſtatem, & k penitus in Latina lingua ſuperuacuum eſſe. quod ante Priſcianum teſtati ſunt etiam Fabius, Terentianus, & Fl. Soſipater Cariſius. Vnde & in antiquiſſimis marmoribus legimus PEQVNIAM pro *pecuniam*.

Certū eſt igitur κ eodem fuiſſe ſono quacunque litera ſequente, & Κικέρων pronuntiandum eſſe kikeroon.

Veteres quoque Græci quod Latini per q efferunt, per κ reddunt.

Quirites Κυΐριτες.

Quintus Κοΐντος, alii Κύϊντος, numiſmata quædam ΚΟΥΙΝΤΟΣ.

Λ, λ, l.

ΛΑΜΒΔΑ, Lambda, non lamſda, ex Hebræo nomine Lamed, & ſyncope interpoſito β, λάμβδα. Valet l noſtrum.

Græci aliquando n ſequente l per λ tranſtulerunt: Manlius Μάλλιος ſcribentes. Inuenitur tamen & Μάλιος, apud Plutarchum.

Ab huius litteræ forma λαμβδοειδὴς figura dicta eſt.

M, μ, m.

M Υ, my, hoc eſt mu per u Gallicum, non mi, longius receſsit ab Hebræo nomine Mem: Iones vocant μῶ, idem valet quod Latinum m. Μάμμη auia: hoc etiam infantuli matrem vel nutricem appellant, ſicut patrem Tatam: Mart. lib. 1.

*Mãmas atque Tatas habet Afra, ſed ipſa Tatarũ*
*Dici & mammarum maxima mamma poteſt.*

Cato, Qui cibum ac potionem Buas & Pappas vocant, & patrẽ Tatam, & matrem Mãmam.

Græcis nulla dictio in eam terminatur, quod & ait Fabius, à quo etiam *mugiens* vocatur, quia mugitum edere videtur.

N, ν, n.

N Υ, Ny, hoc eſt Nu per u exile, ab Hebræo Nun abiecto vltimo n. Sonat n Latinum, debétque linguæ mucrone intimos dentes & palatum feriente enuntiari, ſiue ſyllabam incohet ſiue claudat, apud Græcos præſertim.

Ξ, ξ, x.

Ξ I, xi, ab Hæbræo Schin ductum videtur: Latini nomen inuertimus, ix dicentes. Valet cs vel gs, quod ex obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοίνιξ φοίνικος, & ἄντυξ ἄντυγος. Interdum tamen κ in obliquis aſpiratur, ſed præter recti naturam. Nam inter κ & σ locus adſpirationi nullus eſſe poteſt. Itaque quamuis dicamus θρὶξ τριχὸς, minimè tamen exiſtimandum eſt ξ in θρὶξ valere χσ.

O, ο, o breue.

O MIKPON, o paruum, & ipſum quoque, vt ait Plato, à Græcis pronunciatur, peculiaréque nomen non habet. Nam Hebræorum nulla litera eſt huic reſpondens.

Latini o Græcorum ſuo u expreſſerunt, vt ὀδυσσεὺς Vlyſſes. Talis eſt etiam apud Romanos cognatio u cum o: vpilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunenſis pars ſic o pronuntiant vt ou intelligas. Narbonenſis contrà ou mutat in o. Sed rectiùs omnino fecerunt recentiores qui o ab ου diphthõgo & appellatione & ſcriptione diſtinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod & ipſa figura indicat, vt o breue.

Π, π, p.

ΠΙ, Pi, ab Hebræo Pe nomen habet. ſonat P Latinum.

Πατὴρ, pater, German. *vatter* ſeu *Fatter*, per digamma Æolicum.

P, ρ, rh, r.

PΩ, Rhoo per o longum, ab Hebræo Res longiùs remotum nomen habet. Valet r noſtrum.

Apud Græcos perpetuò initio aſpiratur. ῥυτὴρ defenſor, Belgis *ruter*, id eſt, eques, miles.

Et in medio dictionis geminatum prius tenue eſt, poſterius aſpiratur, vt Πύῤῥος purrhos.

Σ, σ, ſ.

Σ I Γ M A, Sigma, à Samech Hebræo.

Dores San vocant, ſicut Herodotus & alii teſtantur. Sonat ſ Latinum.

Σῖγμα apud Lucianum actionem inſtituit aduerſus τοῦ conſtitutis iudicibus ſeptem vocalibus, conquerens ſeſe abs τοῦ pluribus dictionibus ſpoliari.

Pindaro κίβδηλον vocatur, hoc eſt, adulterina & non vera litera.

Meſſala Coruinus vocat ſibilum.

Malè autem infracto ſono & ſicut zain Hebræorum pronuntiari ſolet, quoties vel in eadem vel in diuerſis dictionibus reperitur media inter duas vocales. Sic enim Cauſa pronuntiant, ac ſi Cauza ſcriptum eſſet.

Priſcianus: S ſæpe pro aſpiratione ponitur in his dictionibus quas à Græcis ſumſimus, vt ſemis, ſex, ſeptem, ſe, ſal. Nam ἡμιν, ἓξ, ἑπτὰ, ἑ, ἅλς apud illos aſpirationem habent in principio.

T, τ, t.

T A Υ, non taf, ſed tau, quomodo nautæ litoris Belgici ſonant *tau*, quod denotat funem nauticum. Apud Hebræos idem nomen habet. Valet t Latinum.

Τάνταλος, Tantalos, Ἀντώνιος, Antonios, πάντα panta:

Non (vt habent neotericorum Grammaticorum inuenta) Tandalos, Andonios, panda: quum t ante n, ne Latini quidem reſpuant.

Υ, υ, y, ſiue u tenue.

Υ Ψ I Λ O N, y, hoc eſt u tenue, gracile, ſiue exile, (Vergilius literam Pythagoræ vocat,) ſimplex nomen non habet, nec Hebræis littera eſt quæ huic reſpondeat.

Valet y, quod à Græcis mutuati ſunt Latini.

Cuius ſonus medius eſt inter i & ου, & tam Græcè quàm Latinè vt u Gallicum enuntiandum eſt, non vt ι.

Q. Terentius Scaurus ait, Y litteram ſuperuacuam Latino ſermoni putauerunt, quoniam pro illa V cederet: ſed quum quædam in noſtrum ſermonem Græca nomina admiſſa ſint, in quibus euidenter ſonus huius litteræ exprimitur, vt hyperbaton, vt hymnus, & hyacinthus, & ſimilia, in eiſdem hac litera neceſſariò vtimur.

Terentius dixit, *An in aſtu venit*, pro ἄσυ, hoc eſt ciuitatem.

Iuriſconſulti noſtri Senatuſconſultum Tertullianum & Tertyllianum dicunt. quod inde accidiſſe veriſimile eſt, quia quum Romani deſtituerentur voce υ, nec haberent literam

ram quæ omni ex parte ei reſponderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro *υ* ſonantes u. quod etiamnum hodie euenit Italis & Hiſpanis Belgicè vel Gallicè loquentibus. Nã pro *buten*, id eſt foris, dicunt *bouten*, pro *muraille*, *mouraille*: hoc eſt pro βυλ & μυρ, βουλ & μουρ.

*Φ, φ, ph, f, v conſonans, digamma Æolicum.*

ΦI, Phi, nomen habet ex Hebræo Phe, quod & Pe dicitur: reſpondet f Latino, id eſt τῷ δίγαμμα Æolico, vt nunc quidem effertur.

Priſcianus, f verò τοῦ δίγαμμα ſono enuntiabatur, ita ſcilicet vt nunc v conſonans: erátque is ſonus ſolis inter Græcos Æolibus peculiaris. Sed poſtea in eius locum ſuceſsit v conſonans, ipſum verò digamma f in locum p aſpirati: quod tamen in vocabulis Græcis ſeruatum eſt, vt in Philoſophia, Philomela, Sophiſta, & multis eiuſmodi. Pauca tamen excipiuntur, vt fama φήμη, fuga φυγὴ, fagus φηγὸς, fur φὼρ, & alia prętereà nonnulla quæ vſus obtinuit vt per f ſcriberentur, quamuis Græca ſint. Hæc igitur cauſa eſt cur Cicero pro Fundanio (ſicut annotat Fabius) teſtem irriſerit qui primam eius literam dicere non poſſet. Quum enim eſſet digamma, Græcus ille teſtis vel eius literæ ſonum ignorabat, à ſolis ſcilicet Æolibus inter Græcos vſurpatum, vel certè pronuntiabat vt etiamnum hodie Germani ſolent per v conſonantem.

Idem ad Atticum lib. ix. fundum ſuum Formianum vocat digamma, quod nomen eius ab F litera initium ſumeret, cuius figuram & ſonũ repræſentat: eóque Græci vtebantur initio dictionum à vocali aſpirata incipientium, ἑνετοὶ Fενετοὶ, Heneti, Veneti. itémque in medio, ſi vocalium concurſus erat, ΩΟΝ ΩFΟΝ dicentes, vnde noſtrum Ouũ: & ΟΙΣ ΟFΙΣ, vnde Ouis: ΒΟΟΣ ΒΟFΟΣ Bouis. Sed præſtat Terentiani Mauri Grammatici antiquiſsimi & grauiſsimi verſus huc adferre.

*Nominum multa inchoata litteris vocalibus*
*Æolicus vſus vertit, & digammon præficit:*
*Æolica dialectos autem miſta ferme eſt Italæ:*
*Heſperum quum dico Græcè, Veſperum cognominat.*
Ἑστία *ſic Veſta facta, Veſtis* ἐσθὴς *dicitur,*
ἶνα *quem Græci vocamus, Vim iubet me dicere.*
ἔαρ *eſt multis in vſu, & magis poëticum eſt,*
ἦρ *enim natiua vox eſt: ille Ver hoc dictitat.*
*Quos Homerus dixit* Ἑνετοὺς, *ille Venetos autumat.*
*Et Viola flos nũcupatur, quem Graii vocãt* ἴον
*Et Iolaus ille Violens, crede Marco Tullio.*
*Quámque* ἴτυν *dicunt Achæi, hanc Vitym gens Æoli.*
*Plura Sappho comprobauit, Æoles, & cæteri.*

Χ, χ, ch.

ΧΙ, Chi, apud Hebræos nihil habet cui reſpondeat. Nomen formatum eſt ad modum πῖ φῖ, &c. valet ch, ſeu c aſpiratum: profertur enim aere è gutture erumpente.

χάλυβες Chalybes,
χάος chaos, & huiuſmodi alia.

Ψ, ψ, pſ, bſ.

ΨΙ, pſi, ab Hebræo etiam nomen non habet, ſed ad formam ξῖ, πῖ, χῖ nominatum eſt. Sonat vt pſ, & aliquando vt bſ:
αἰθίοψ αἰθίοπος, æthiops, ψαλμὸς, pſalmus, ἄραψ ἄραβος, arabs.

Ω, ω, oo, ſiue o longum.

Ωμέγα, id eſt o magnum, ita vocatum eſt ex collatione cum altero quod μικρὸν dicitur. Eſt enim re vera magnum, ſiue quantitatem ſpectes, quum ſit natura longum, ſiue figuram, quum ſit veluti ex duobus οο conflatum ex veterum conſuetudine, qui (vt inquit Fabius) ante repertam temporis longi notam vocales productas in ſcribendo geminabant. Valet autem o longum, proferendúmque vt οο duplicatum, non ictu vocis, ſed productione, codéque planè modò pronuntiandũ βρῶτος, id eſt cibus, vt Belgis *breot*, hoc eſt panis, à Græco deductum.

EX his xxiiii. literis, Vocales ſunt ſeptem, id eſt quæ per ſe poſſunt plenam vocem edere, α ε η ι ο υ ω. Breues duæ, ε ο: quibus reſpondent totidem longæ η ω contractæ ex duabus breuibus, ſoláque quantitate ab iis differentes: & tres ancipites ſiue communes, id eſt in quibuſdam vocabulis longæ, in quibuſdam breues, in paucis indifferentes. Priſcianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes ſunt ancipites vel liquidæ, hoc eſt, quæ facilè modò produci, modò corripi poſſunt. Sicut etiam apud antiquiſsimos erãt Græcorum ante inuentionem η & ω: quibus inuentis quæ ancipites erant, remanſerunt perpetuò breues, quum earum productarum loca poſſeſſa ſint à prædictis vocalibus ſemper longis. Hæc Priſcianus. Quod hac ratione factum eſſe aiunt, quia vetuſtiſsimi illi, ſi quando ſyllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΔΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΘΡΟΟΠΟΣ pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Poſteà Simonides Melicus ex duobus Ε Ε inuertit alterum, hoc modo ΕƎ, deinde ea coniunxit ac effecit vnum H, quam etiam notam adſpirationis fuiſſe oſtendimus. Hinc à Βεὲλ, (vnde in Euangelio Βεελζεβοὺλ ὁ ἄρχων δαιμονίων,) Belus Græcis Βῆλος, primus Aſſyriorum rex, Nini pater: cui vita functo templum erexerunt Babylonii, diuiníſque eum honoribus ſunt proſequuti. Sic etiam duplex οο vniuit Simonides, hoc modo ω.

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iiſdem dictionibus interdum varient: iuxta illud Martialis,

*Et quos* ἆρες ἄρες *decet ſonare.*

Et illud Theocriti, -- ἦ ῥ' ἱερὸν

πολλάκις ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Id eſt, *-O Polypheme.*

*Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.*

Sed præſtat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis verſibus illuſtriorem reddere.

*Ergo Grecis eſſe ſeptem ſcimus è vocalibus*
*H & Ω, que bina pedibus ſubminiſtrant tempora.*
*E & O breues vocari ſingularis temporis.*
*Cæteras tres que ſuperſunt* διχρόνους *cognominant.*
*Corripi quòd ſæpe eædem, ſepe produci valent.*
Αλφα *primum eſt, inde* ἰῶτα, *tertium quod v vocant.*

Et paulò pòſt:

*Literam namque E videmus eſſe ad HTA proximam,*
*Sicut O & Ω videntur eſſe vicinæ ſibi.*
*Temporum momenta diſtant, non ſoni natiuitas.*
*Inde vertunt hanc in HTA ſępe diphthongum Graii.*
*Quãdo quos* ἱππεῖς *ſolebãt aut* ἀχαρνεῖς *dicere,*
*Leuigãt,* ἱππῆς *que poti⁹ aut* ἀχαρνῆς *nominant.*
*Nôſque Medéam Latinè ſic in vſum vertimus,*
*Nomen & Regina geſſit quod furens Amazonum?*
*Sic &* αἰνείδυ *Acheus, noſter Æneam vocat.*

Sed & Martianus Capella dicit e Latinum duarum literarum Græcarum vim poſsidere: quum breuis eſt, τοῦ ε, vt hoſte: quum longa eſt, τοῦ η, vt die: eodémque modo de ω ſtatuendum eſſe. Et in hoc Virgilii, *Conticuêre* κοντικούηρε, dicunt eſſe tum η tum ε: primum namque e, η eſt, alterum verò, ε eſt. In illo autem *- rapti Ganymedis honores,*
ὀνόρης dicunt prius eſſe o, poſterius vero ω eſſe.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideóque à Platone in Cratylo & Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id eſt vocis expertes: à Grammaticis verò σύμφωνα, id eſt Conſonantes, quòd cum vocalibus adiunctis ſonos ſuos communicent. Sunt autem numero xvii, β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus ſunt ἡμίφωνα, id eſt Semiuocales octo: ſic dictæ, quòd, vt nullas habeant vocales adiunctas, quandam tamen ſtrepitus & ſoni ſpeciem edant, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Ex his ſunt διπλᾶ, id eſt duplices tres, quòd duarum literarum ſint compendia ζ ξ ψ.

Υγρά, id eſt liquidæ quatuor, quòd ita ſint lubricæ, vt quaſi liqueſcant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eædem etiam ἀμετάβολα dicuntur, id eſt Immutabiles, quòd in formationibus caſuum vel temporum non mutentur.

Μοναδικόν, id eſt ſolitarium, vnum σ, quod ab aliis ἄσημον, hoc eſt ſine ſigno, vel ignobile vocatur.

Cæteræ nouẽ appellantur ἄφωνα, id eſt Mutæ, quòd per ſe neque vocẽ vt vocales, neque ſtrepitum edant vt Semiuocales, β γ δ κ π τ θ φ χ.

In aſpiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli iãpridem has literas pro aſpiratis aſperas nominant, quum potius denſas & craſſas vocare oporteat. Neque enim à Græcis τραχέα γράμματα, ſed δασέα dicuntur: quòd copioſiorem ſpiritum requirant, vt ſit earum opima & quaſi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam literas illas oppoſitas nõ lenes, ſed ψιλά, id eſt tenues & exiles appellant. R potius litera eſt aſpera, & l contrà admodum lenis, ſicut Ouidius his verſiculis optimè declarat de Remuriis loquens, quæ poſtea Lemuria dicta ſunt:

*Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo*
*Litera, quæ toto nomine prima fuit.*

Itaque à Græcis initio dictionum, & ſi quando geminata occurrerit, addito ſpiritu denſo lenitur: tantum abeſt vt rectè faciant qui denſum cum aſpero confundunt.

Hoc loco obiter adnotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inueniuntur ζ θ υ φ χ, Græca eſſe, aut à Græcis deriuata, ſaltem non Latina, vt gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ὠκὺς, lachrymæ, philtrũ, Chriſtus. Quocirca vulgò peccatur in orthographia dictionũ charus, ſepulchrum, ſimulachrum, & ſimilium: quum ſcribenda ſint ſine aſpiratione, carus, ſepulcrum, & ſimulacrum. fiunt enim duo ſuperiora à ſupinis ſepultum & ſimulatum, vt ab inuolutum inuolucrum, à fultum fulcrum, à lauatum lauacrum, ab ambulatum ambulacrum, mutata t in c, & addita r. Teſtatur Seruius in iii. Georg. veteres ſcripſiſſe ſepulchrũ: pòſt abiectam eſſe aſpirationem: eius verba ſunt hæc, Tria veteres habebant nomina in quibus c literam ſequeretur aſpiratio, ſepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantùm hodie recipit aſpirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inſcriptionibus, & numiſmatis ſæpius inuenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de literis & germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quoſdam Euripidis valde artificioſos & feſtiuos verſus ex Athenæo ſubiicere, ex quibus cognoſcere liceat antiquas quarundam literarum formas. Apud Euripidem igitur in Theſeo paſtor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Theſei nomen ſcribitur, ſic depingit:

Εγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
Μορφὰς δὲ λέξω, καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος, θ
Οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο, η
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. C
Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία, ε
Λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
Εἰσίν. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι, υ

Γραμμαὶ

Γραμμαὶ γὰρ εἰσὶν ἐν διεστώτων δύο,
Αὗται δὲ συμβαίνουσιν εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές. C

Quos verſus ita reddidit Natalis Venetus:

*Quum litterarum non peritus ipſe ſim,*
*Dicam figuras, ſignáque euidentia.*
*Eſt circulus torno velut factus bene,*
*Signúmque habens in ventre quod claré patet.*
*Binas ſecunda forma lineas tenet:*
*Diſpeſcit has medio incidens mox altera.*
*Cincinnus inde tortus ipſa tertia.*
*Subit figura quarta, recta linea,*
*Tres incidentes dimidunt hanc lineæ.*
*Quintam minùs promptum ſit ipſam dicere,*
*Sunt differentes lineæ inter ſe duæ,*
*Quæ conueniunt ambæ ſimul in vnam baſim.*
*Extrema differt nil figura tertia.*

De literis quidem Latinis acutè admodum & breuiter his verſibus luſit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus:

*A ſub directo memorabilis oris hiatu eſt.*
*B ſimul incluſis profertur vtrimque labellis.*
*C linguam adpulſos compellit ad vſque molares.*
*D cogit ſuperos linguam contingere dentes.*
*E paulum preſſa profertur gutture lingua.*
*F labrum inferius ſuperis cum dentibus vrget.*
*G damus, extremum quum tangit lingua palatũ.*
*H oritur tractu quum ventus faucibus halat.*
*I linguam impellit collidi dentibus imis.*
*K fauces formant media cum parte palati.*
*L facit extremum contingens lingua palatum.*
*M quum fit, preſſum premitur per vtrumque labellum.*
*N lingua adpulſa collidit littera dentes.*
*O venit, exoritur quum ſpiritus ore rotundo.*
*P datur eruptis ter littera quinta labellis.*
*Q fit, in adpulſu quum ſtringimus ora palati.*
*R facit vt ſupero criſpetur lingua repulſu.*
*S quum fit, peragit colliſo ſibila dente.*
*T linguam impulſu contactis dentibus exit.*
*V facit os ſtrictum, ſic promula labra fatigat.*
*X reddit quidquid c atque s formare videmus.*
*Y pſilon apprenſis labris procedere iuſtum eſt.*
*Z eta ſepulchrales imitatur concita dentes.*

Hactenus de literis.

*De ſyllabis: deinde de diphthongis*

Ex literis conſtituuntur ſyllabæ. Syllabam autem vocamus, docendi cauſa, ſpiritus comprehenſionem ad vnam vocem exprimendam. Eſt autem in triplici differentia. Conſtat enim vel ex vna vocali: vel ex duabus vocalibus in mixtam vnam vocem coeuntibus. vel ex conſonante vna, vel pluribus cum vna vocali, aut duabus ad ſummum.

Primi generis ſyllabæ quinque ſunt, quot ſcilicet vocalium ſoni: nam η & ω non voce, ſed vocis quantitate differunt ab ε & ο.

Secundi generis Diphthongi, id eſt geminiſonæ appellantur, quòd ex duabus vocibus tertiam vnam efficientibus componantur.

Tertii generis ſyllabæ ex conſonantium & vocalium multiplici connexione pœnè ſunt infinitæ, quas enumerare minimè neceſſe eſt.

Diphthongus autem ita ſolet definiri à Grammaticis, vt ſit ſyllaba ex duabus vocalibus ſonum ſuum retinentibus conflata, ita dicta quòd duos φθόγγους, id eſt ſonos efficiat. Sic Terentianus Maurus, *Vnde Diphthongos eas*
*Graeci dicunt magiſtri: quòd duæ iunctæ ſimul*
*Syllabam ſonãt in vnam, vtque gemina prædita.*

Ego verò malim dicere, In vnam mixtam vocem coeuntibus (nam alioqui quando diſtinctæ ſunt vocalium voces, duæ ſyllabæ naſcãtur neceſſe eſt) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim & vno ſpiritu proferri poſſunt.

Diphthongi ſunt duodecim: nouem propriæ, tres impropriæ: quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot improprias numerant.

Propriæ dicuntur, quòd poſtulet eas naturalis prolatio, hoc eſt, quòd duæ vocales, vt integrè ſcribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel quòd vna eadémque ſyllaba geminæ vocalis ſonum edat. αι ai, non e, αυ au, non af, ει ei, non i, ευ eu, non ef, οι oi, non i, ου ou, υι vel ųi, non i, ηυ vel eeu, non if, ωυ oou, non of.

Ex quibus hodie vulgo ſola ου rectè pronuntiatur, cæteræ omnes deprauatè. Tres verò poſteriores hactenus inter improprias numerãtur.

Impropriæ ſiue abuſiuæ diphthõgi ſunt, quæ contra veram rationẽ & definitionem diphthõgi & ſcribuntur & proferuntur: hoc eſt, quando prior ſolùm vocalis integrè pingitur & enũtiatur, & ι ſubſcriptum non exauditur: ſic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipſas nõ requirat. Nam vt ſimplices vocales efferuntur, nec compoſitam vocem edunt. ᾳ a, ῃ ee, non i, ῳ oo, non o.

*De diphthongorum propriarum ſono in genere.*

Qui duos ſonos in diphthongis non agnoſcunt, quomodo illas diphthongos exiſtimare poſſunt? quomodo enim à vocabulis ſono diſtant, ſi ſimplicem aliquem ſonum adferunt? Diphthongus enim non ſcriptura, ſed voce cernitur: aliàs non diphthongus ſed digraphus eſt. Cur autem quum diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum continentur, quædam duos ſonos, vt αυ ευ ου ηυ ωυ, quædam ſimplicem habent, vt αι ει οι υι? At id ſanè, ſi diphthongus aliquid ſit, & ſi quid diphthongus à vocali diſtet, verum eſſe non poteſt. Et quum vſus in diphthongorum numerum iſtas retulerit, cur abuſus dimidiam & meliorem ſoni partem ab illis auferet? Detur hoc vſui vt diphthõgos faciat, vocales faciat, ſyllabas faciat: ſed hoc dare vſui nemo poteſt, vt quãdiu diphthõgũ eã faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus ſit. Eximãtur igitur è numero diphthõgorũ, ſi nihil in ſono cũ diphthõgis habẽt cõmu-

ne. At Quintilianus quærendum putauit, quomodo duabus demum vocalibus in ſeipſas coeundi natura ſit, quum conſonantium nulla niſi alteram frangat. Sed hoc eſt pati illas minimè in ſeipſas coire, ſi alteram extrahas, & obtorto collo illam à ſonando rapias, ne ſonus è duabus vocalibus in ſeipſas coeuntibus collectus efferatur. Sin in ſonando nihil altera vocalis adiuuet, tum non modò tota frangitur, ſed etiam conſumitur. Igitur vt diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, ſed ſonorum fieri debet, ne videlicet quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua deſtiuatur.

Diphthongi autem quum minimè ſimplices voces, ſed compoſitæ & diuiſibiles ſint, in varios ſonos tribui poſſunt. Quomodo enim διαίρεσις talis diphthongorum eſſet, niſi diphthongus coitionem illorum ſonorum antea habuiſſet: vt παῖ, πάϊς. Aut quomodo συναίρεσις fieri aliquorum poteſt quæ non antea ſeiuncta ſeparatáque voce erant? vt βασιλέϊ βασιλεῖ, ὄϊς οἶς. Videmus autem vt Iones ſæpe ex αι reiiciant ι, α relinquant: ſæpe ει & οι in εϊ & οϊ diuidant. Sequitur ergo vocalem præpoſitiuam æquè proferendam vt ſubiunctiuam. Nam ſi res diuiſas vocéſque diphthongorum ſeparatas pronũtiamus, quid ni eaſdem coniunctas? Quid? Itáne illorum natura diſſentiens eſt, vt ad ſocietatem ſoni adduci non poſsint? At quare tantopere in Græca lingua diſſentirent, quum in omnibus iam aliis linguis cum ſuauitate vſurpentur? Nõ igitur rei naturâ hoc fit, neque aurium cauſa: quia ſi in re conſiſteret, in nulla lingua hoc fieri poſſet. Sin aures ab eo abhorreant, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, vbi aures omnium & peritiſsimæ & delicatiſsimæ ſunt? Et quoniam in Græcis diphthongorum ſonis vel ι ſubiungi neceſſe eſt vel υ, vt verè Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus vt iſtarum literarum ſonus ſubiungatur, non dominetur. Non enim ibi quicquam ſubiungimus vbi nihil antecedit: ſed vt ſubiungatur quod ſequitur, neceſſe eſt aliquid conſtituatur quod præponitur. At ι literæ quatuor vocales præponuntur in ꝓpriis diphthongis, & υ quoque quinque vocales quaſi duces ſoni anteeũt, quibus illæ vt ſcriptura ſic ſono ſubiunguntur: quod quemadmodum in diphthongis quibus υ ſubiicitur eſt perſpicuum, ſic in diphthongis quibus poſtponitur eſſe quoque debet manifeſtum. Nam in iis quæ ι ſubiectum habent, vitium in prioribus literis eſt: in iis quibus υ ſubditur, vitium in ipſo υ eſt. Nam vna tantùm diphthongus ου nobis pura puta in ſono hactenus relicta eſt.

## A I.

AI igitur diphthongus nullo modo ſonat vt e, ſed planè Latinorum ai reſpondet, raptim ſcilicet & vno ſpiritu pronuntiato, vt poſt a non reſpires, ne duæ ſyllabę pro vna audiantur. Hinc Plutarchus in Sympoſiacis α literam ſemper præeſſe cæteris vocalibus, nunquam ſubiici, & eam in dicendo, quidquid conſequatur, ſonũ ſuum retinere dicit, ac cæteris ſimul cum eo ſonantibus vti. Neque enim vel poſt ι vel υ ſi ponatur α cum illis conueniet, aut illorum ſic ductũ ſequetur vt ex iis vna fiat ſyllaba, ſed quaſi indignabunda litera & ſeſe admodum efferens dominatum quæret ſemper. Et ſi alteri illarum præponatur, tum ſubſequente illa & ſimul ſonante vtitur, & ſyllabas etiam verborum facit, vt in αὔριον, αὐλεῖν, αἴας, αἰδεῖσθαι, & ſexcentis aliis. Hæc ille. Quòd ſi ἀσυμφωνοῦντι καὶ ἀκολουθοῦντι χρῆται, vt Plutarchus dicit, quis negabit α in eo & ι ſimul ſonare? An eæ literæ dominatum non amittunt, quæ in ſono non minuuntur modò & quaſi de gradu deiiciuntur, ſed prorſus extinguuntur, vt ne minimus quidem eius ſenſus in auribus remaneat? An non idem accidit quum α litera τῷ ι nullo modo conſonat, ſi neutra harũ ſonum habeat, ſed quoddam peregrinum pro vtroque reponatur? Itaque ſimul iſtæ ſic ſonent, vt conſonare & conſentire poſsint. Nunc autem quaſi neutra digna ſono ſit, tertiũ aliquid, nempe ε pro vtroque adhibetur.

Perdet igitur α dominatum ſuum, & magiſtratu ſuo abibit, ſi in αἴας, in αἰδεῖσθαι, & ſexcentis aliis, nihil ſonet: ſed hoc eſt impetum facere in magiſtratum, non pati vt munus ſuum vbi debet opportunè adminiſtret. Ex hoc igitur ſatis probetur α in αι reliquíſque locis vbi ponitur ſonum ſuum retinere, & ι cum illo conſonare.

Quintilianus etiam αι diphthongum Græcos ſemper per ai extuliſſe memorat: Nos ergo nequaquam Græci ſumus, qui diphthongum non efferimus.

Et Terentius Scaurus de Orthographia teſtatur priſcos Latinos diphthongum æ Græcis literis αι ſcribere ſolitos, quam poſtea mutarint in æ, ſed ita pronuntiarint vt vtraque vocalis exaudiretur: quemadmodum etiam hoc tempore pronũtiari deberet. Hinc in quibuſdã numiſmatis antiquis in auro & argẽto ſculptis, videre eſt ab altera parte caput Veſtæ, & ab altera baſilicam Æmiliam cum hac inſcriptione AIMILIA REF. S. C. M. LEPIDVS. Vnde multa diuiſis ſyllabis remanſerunt. Perſius Satyra vi. citat hoc carmen Ennii,

*Lunai portum (eſt opere) cognoſcite ciues.*

Idem Ennius, – *Albai rex longai.*

Lucretius, – *Ignoratur enim quæ ſit natura animai.*

Idem, – *Gelidai ſtridɔr aquai.*

Martialis, – *Attonitúſque legis terrai frugiferai.*

Vergilius etiam vetuſtatis amantiſsimus,

*Aulai in medio libabant pocula Bacchi.* Et,

*Diues equûm, diues pictai veſtis & auri.*

In

In hoc nempe imitati ſunt Græcos, qui ex παῖς, hoc eſt pais, faciunt παΐς.

Gellius probat hoc verbum *fenus* non à φαίνεσθαι Græco, vt quidam arbitrantur, ſed à fetu ideo venire, quia M. Cato & cæteri eius ætatis fenus & feneratorem ſine a ſonabant, vnde exiſtimat à φαίνεσθαι illud deduci non poſſe. At quis non ex hoc videt, in φαίνεσθαι illos α literæ ſono vſos eſſe? nunc per nos æquè à φαίνεσθαι ac à fetu venire poteſt, qui nullam in iſtis verbis differentiam ponimus, & propter ſoni confuſionem verborum etymologiam agnoſcere nõ poſſumus. Sæpe enim Grammatici ineptas etymologias adferre nobis videntur, qui diſtinctionẽ ſonorum non aduertimus. Quòd ſi in veris ſonis conquirendis laboraremus, in veris etymologiis conſtituendis minus hæreremus. Exiſtimemus igitur, ſi α ſemper ſonum retineat vbicunque inciderit: ſi ſemper à Græcis αι efferatur, ſi in φαίνεσθαι cæteríſque pronuntietur α, debere α in αι diphthongo ſemper ſonari. Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, vbi Aiax & Achaia dicimus? cur non eodẽ modò αἴαντα & ἀχαίαν Græcè ſonamus? ſi Germanicis καῖσαρ rectè *kaiſer* vocatur, quid vetat eodem ſono à Græcis hoc fieri? aut quare apud Græcos vaſtus, apud Latinos & alios ſublimis ſonus eſt? cur in eiſdem verbis tanta ſonorum diſſenſio exiſtit, vt vix cognoſcamus eadem eſſe? Nunc verò quomodo illos verſus apud Sophoclem legemus?

αἲ αἲ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ,
καὶ τρίς. τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω.

Hoc eſt,

*Ai ai, quis vnquam putaſſet ſic concinnum*
*Meum concurſurum fuiſſe nomen meis malis?*
*Nunc enim res fert & bis lamentari mihi,*
*Et ter: in tales quippe miſerias incido.*

Quanquam enim Pindarus ſexto Iſthmiorum, nomen αἴαντος, ἀπὸ τοῦ φανέντος ἀετοῦ deducat: de cuius volatu auguratur Hercules exauditas ſuas preces, & futurum eſſe prædicit vt naſcatur Telamoni fortiſsimus filius: non tamẽ minus fortaſſe rectè Sophocles & alii à crebra voce αἲ αἲ, vel ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, quod Theocrito etiam frequens eſt, deriuant.

Aduerbio αἲ confine eſt αἰβοῖ, id eſt heu, etiam dolentis & indignantis, interdum admirantis & geſtientis præ gaudio. Quod quidem ſi *evi* proferatur, quis non videt quàm nullum planè affectum mentis deſignet?

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum αι ſic ſonare, quemadmodum Raiam piſcem, Graium, Aio, Aiacem, Maiam, Naiades, & cætera eius generis, confuſo ſono α & ι: nullo autem modo vt ε?

AY.

AY nequaquam af ſed au ſonat, quia litera υ non eſt f vel v conſonans, ſed u Gallicum. nõ enim diphthongus conflatur ex vocali & conſonante. Et quanquam v Latinum ſæpe ſonum τοῦ digamma habet, illum non in fine ſyllabæ, ſed in principio ſemper tenet. Temere igitur hic vitiatus υ literæ ſonus nunc in αυ & ευ irrepſit. Si autem hoc natura literæ fieret, cur non hoc in ου quoque vſu veniret? At ου diphthongum bene ſonamus. Itaque vt reliquæ bene ſonentur, idem ſonus in reliquis obſeruetur. Si enim vocalis conſonanti iuncta diphthongus eſſe non poteſt, (diphthongus enim duarum vocalium copulatio eſt) iunctus etiam ex vtraque ſonus proficiſcetur. Quòd ſi altera à vocali abeat, iam non diphthongus, ſed alia ſyllaba erit.

Hîc ergo Demoſthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphthongum αυ cognoſcere. Nam Ariſtoph. poeta dum canem latrantem exprimere vellet αὖ αὖ dixit.

Terentii fabulam ἑαυτὸν τιμωρούμενον dicimus Heauton timorumenon non heafton dimorumenon.

Ceterùm hîc poſſet fortaſsis alicui ſcrupum iniicere locus Ciceronis qui eſt lib. II. De diuinat. Quum, inquit, M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, *causeas* clamitabat. dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, caueret ne iret: non fuiſſe periturum, ſi omini paruiſſet. quas ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamẽta erunt obſeruanda. Hactenus Cicero: ex quo colligitur ea tempeſtate vicinitatem quandam ſoni fuiſſe in vocibus *Causeas* & *caue ne eas*.

Ex quibus conſtat voces καυνέας, & *caue ne eas* pronuntiatione non admodum diuerſas fuiſſe, præſertim quum Romani non *caſneas* ſonuerint vel *caqneas*, ſed *causeas*: *caue* autem *cavve*.

EI.

EI diphthongũ hodie cum ſimplici iota confundunt homines etiam eruditiſsimi, ſed errore non minus manifeſto quàm periculoſo, propter multiplicem vnius ſoni ſignificandi rationem: quum debeat proferri ei, hoc eſt, vtraque vocalis ε & ι coniuncto ſono exaudiri, ſicut in Eia aduerbio adhortantis, Martial. lib. II.

*Eia age rumpe moras.*

quod Græci dicunt εἶα, ὦ εἶα. Ariſtoph. εἶα μάλα. Hei interiectio dolentis ſiue ingemiſcentis. vnde apud Terentium, Hei hoi: vbi in poſteriori etiam ſonus diphthongi οι exauditur.

Galli diphthongum hanc referunt in *feim* fames, *fein* ſinus, *feint* fictus, *plein* plenus.

I longum antiquis Romanis proferebatur vt hæc diphthongus ει, hoc eſt ei, & e incluſum habebat: quod vſitatum fuiſſe tempore Ciceronis ex vocibus βίνει & Latina *bini* conſtat. Confirmat hoc Quintilianus dum de ei Latino dicit,

Durauit diutius vt ē i iungendis eadem ratione qua Græci ει vterentur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratione qua Græci vtebantur? quomodo, niſi quemadmodum traduntveteres, vbi i longum eſſet, Valerium ſemper ei ſcripſiſſe, itémque vetuſtiores Latinos, extaréque in vetuſtis inſcriptionibus hanc ſcripturam, *Celeberrimei, veis, preimus*, pro *celeberrimi, vis, prim⁹?* & Soſipater ait Varronem lib. 6. Epiſtolicarum quæſtionum dicere *Eclogas ex Annalei deſcriptas.* Vnde in numiſmatis antiquis LEIBERTAS, SERVEILIVS, EIDVS, quod Plutarchus εἰδοὺς. Plauti comœdia Capteiuei, & paſsim apud authores, queis, omneis, Tralleis, Sardeis, & id genus alia, quæ etiam per I longiuſculum & extans ſolēt ſcribi: OPEIMIVS OPIMIVS, BINEI BINI, EIRONEIA IRONIA, eodem tamen ſeruato ſono ei.

Vnde Victorinus de orthographia: Quum verò eadem i, e literæ iuncta eſſet, non ſolùm pro longa ſyllaba accipiebatur, ſed nominatiuum pluralem ita ſcriptum ſignificabat, vt amicei, bonei, doctei, Romanei, & ſimilia. At ſi per ſolum i ſcripta eſſet, eadem genitiuum ſingularem faciebat, vt *huius amici.*

Hermogenes autem in dicendi formis, vbi περὶ σεμνότητος loquitur, diphthongos & vocales longas hanc formam illuſtrare dicit, ſi in finem dictionum cadant, præter ει diphthongum. Sin ι ipſum per ſe ponatur, minimè tum grandem orationem eam facit quæ ea abundat: cōtrahit enim magis, & ad rictum diducit os, & minimè fauces complet.

Eam verò in lingua Latina hæc diphthongus ſuauitatem obtinuit, vt quum Sulpicius ex ει diphthongo ι tolleret, & e pleniſsimum relinqueret, à Craſſo apud Ciceronem lib. de Oratore iii. reprehenſus ſit, quòd non antiquos oratores, ſed meſſores videretur imitari. Quòd ſi nos nunc in alteram partēm perpetuò peccantes audiret Craſſus, mirum ni nō meſſores nos, ſed paſſeres vocaret, qui ſic pipitaremus. Nam nunc ne accuſatiuos quidem illos plurales omneis, treis, parteis, ſcribamus, ſed expuncto ι cum Sulpitio dicamus omnes, tres, partes. Seruata eſt tamē in paucis quibuſdam, vt in hei & queis, & poeticis illis, - *Iam validam Ilionei nauem, & Orphei Calliopeia.*

Αἰπεῖα , adiect.fœmin,i.alta.Iliad.β, αἰπεῖα κολώνη,&c,i.ὑψηλή.

Αἴπερ,tanquam.

Αἰπεινὸς,ὁ,excelſus,in edito loco poſit⁹, ὑψηλός.

Αἰπήεις,εντος.idem,Apoll. 2. καύκασον αἰπήεντα: & αἰπήεσσα καταιγὶς, alta procella, in Epigrã.

Αἰπόλα,ης,caprile,& caprarum inſtitor.

Αἰπολέω,μ.ήσω,capras paſco,Theocrit.Edyll.θ.

Αἰπολικὸς,caprinus,paſtoralis,in Epigram.

Αἰπόλιον,ου,τὸ,grex propriè caprarum.Odyſſ.ξ.

Αἰπόλος , caprarius, infimus inter paſtores teſte Donato.Syncopa ab αἲξ αἰγὸς,& πολῶ ideſt, ἀναστρέφομαι.

Αἶπος,εος,ους,τὸ, cacumen,vertex mõtis,Euripides πρὸς αἶπος ἔρχεται,in arduum tendit.

Αἰπύδμητος,altè extructus,Nonnus.

Αἰπύκερως ἔλαφος,ceruus excelſa cornua habẽs.

Αἰπυμήτης,grandiloquus, Æſchylus.

Αἰπὸς,excelſus,altus,celſus.

Αἰπὺς,έος,ὁ,altus,profundus,durus.Iliad.β,δίου τ' αἰπὺ πτολίεθρον,i.τὸ ὑψηλὸν καὶ μέγιστον. Eius fœmininum eſt,αἰπεῖα, Heſiod. ποδῶν αἰπεῖα ἰωὴ,pedum grauis ſonitus . αἰπύτατος , ſummus,ὑψηλότατος. Αἰπύτιος,ſublimis,altus.

Αἶρα,ας,ἡ,lolium. Theophr.hiſt.plant.li.1.ca.8. Etiam pro ſphæra,ſecuri,& malleo ſumitur.

Αἱρέομαι, αἱροῦμαι, μ. αἱρήσομαι, π. ᾕρημαι, ἀόρ.α. ᾑρέθην,

ἡρέθηω, αἱρέομαι ἐμαυτοῦ βασιλέα εἶ), regem mihi deligo, ſic Herodot. αἱρέομαι γνώμην ἐκείνου, accedo ad illius ſententiam, Demoſth. αἱρέομαι ζωὴν θανάτου, i. malo vitam morte, Xenoph. ἡσυχίαν πρὸ τιμῆς αἱρέομαι, i. quietem quàm honorem malo, Plutarch. in Numa. ἔγωγ᾽ ἂν ἑλοίμην εἰ ἐπ᾽ ἐμοὶ εἴη, equidē malim ſi eſſet in me ſitum, Plato. αἱρέομαι τὴν ἡδονὴν ἀντὶ τ᾽ ἄλλων, i. cæteris rebus voluptatē antepono, Ariſtot. 3. Moral. αἱρέομαι λέγειν Demoſth. conſtituo dicere. ¶ αἱρεθεὶς ναύαρχος ὑπὲρ τῆς πόλεως, i. claſsi pro vrbe eſt pręfectus. Plutar. in Themiſt. ¶ Pro conſectari ſeu perſequi, cui opponitur φεύγειν: σὲ δὲ τὸν ἀδικοῦντα ἑλέσθαι, &c. te conſectari & te illi anteponere, Plato in Epiſt. ¶ ἡρημένος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ad principatum electus, Plato de Leg. αἱρεῖσθαι συμμάχους, pro ſuſcipere & facere, Demoſth. Legitur etiam αἱρέομαι in ſignificatione paſsiua, vt apud Ariſtot. lib. 4, Polit. cap. 15. ¶ αἱρεθεὶς, captus, victus, Phalaris.

Αἱρέσιμος, capi aptus. 5. Pędię, αἱρέσιμον τὸ τεῖχος.

Αἵρεσις, εως, ἡ, optio, electio, ſtudium, ſectatio. πρόθεσις, κατάληψις, vt indicat Thucydi. Græcus Interpr. Plutarch. αἵρεσιν ποιοῦμαι ἐπὶ τῷ πυθίῳ, &c. eius optionis Pythium conſulo. ποιεῖσθαι αἵρεσιν, eligere, Chryſoſt. αἵρεσιν ποιεῖσθαι, Plat. de Leg. comitia habere. αἵρεσιν διδόναι, dare optionem: Iſoc. ἀλλ᾽ εἴ τις θεῶν αἵρεσίν σοι δοίη. Accipitur pro optione à Polybio, πρὸ αἱρέσεως. αἵρεσιν ἐπὶ σοὶ ποιοῦμαι τὴν ἐμαυτοῦ, ſector te, Demoſth. περὶ στεφ. ¶ Pro ſtudio, Galen. ¶ αἵρεσιν διακρίνειν, alterutrum deligere, Herodot. lib. 1. Καλῇ αἱρέσει quod bonis conditionibus dicitur. ¶ ὑπὸ αἵρεσιν γραφεὶς, hæres ſub conditione ſcriptus, Inſtitut. de iure perſo. ¶ αἵρεσις pro volūtate & ꝓpoſito ſæpius apud Polyb. Eſt etiam αἵρεσις philoſophorum opinio de aliquo dogmate. αἵρεσις etiam idem quod ἔθος, mos, conſuetudo: Polybius, συνειδὼς ἦν τ᾽ βασιλέως αἵρεσιν, καὶ δίαιταν ὁποία τις ἦν.

Αἱρεσιώτης, ου, ὁ, hæreticus. Αἱρετέον, eligendum. Theophr. Αἱρετέος, eligendus. Xenoph.

Αἱρετιάω, ῶ, μ. ήσω, pro αἱρέομαι.

Αἱρετίζω, μ. ίσω, eligo, ſector, accuſatiuo iungitur.

Αἱρετικὸς, Ariſtot. lib. 1. moral. cap. 21, αἱρετικοὶ τ᾽ οὐσίας κίνδυνοι, pericula quę deliguntur quodam modo & mediocritate, vt Iacob. Faber exponit. Accipitur etiam αἱρετικὸς pro factioſo, Gregorius Nazanz.

Αἱρετιστὴς, οῦ, ὁ, princeps ſectæ. αἱρετιστὴς, aliquarum partium fautor & ſtudioſus, Polyb.

Αἱρετίω, aſſumo, adduco in meam ſententiam.

Αἱρετὸς, οῦ, ὁ, optabilis, eligendus, optatus, Ariſtot. βίος ἄλυπος αἱρετός. Plutarch in Lycurgo, ἄνδρες αἱρετοὶ, &c. i. viri electi. αἱρετώτερόν ἐστιν, id eſt, ſatius eſt.

Αἱρέω, μ. ήσω, π. ᾕρηκα, ἀόρ. α. εἷλον, capio. αἱρέω τὰ ὅπλα, i. arma capio. Herodot. lib. 1, αἱρεε τὰς πόλιας χώμασι, capiebat vrbes ductis aggerib⁹.

Homer. genit. & accuſat. iunxit, κόμης ἑλε πηλείωνα, i. ἔλαβε, per comam accepit Pelidem. Idem Iliad. β, μηδέ σε λήθη Αἱρείτω, neque te capiat obliuio. Pro venor & capto. Heſiod. τοὶ δ᾽ ὠκύποδας λαγὼς ἥρεον ἄνδρες θηρευταί. ¶ ἑλεῖν τὴν γραφὴν, ideſt, obtinere accuſationem, i. vincere accuſando, Demoſth. ¶ Æſch. in Cteſiph. μὴ αἱρεῖτε παρανοίας, nolite inſaniæ reum peragere. Idem ibidem, αἱρεῖ γὰρ αὐτὸν τὰ δημόσια γράμματα, id eſt, acta publica eum conuincunt. ¶ Allicio. Xenoph. τὰ πονηρὰ ἀνθρώπια οὐκ ἂν ἄλλως μᾶλλον ἕλοις, ἢ εἰ διδοίης τι, non aliter allicias. Herodot. in Melpom. πρότερον δὲ, ἢν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, οὐ συμμίξομεν, i. primum quidem, niſi nos ratio traxerit, non congrediemur. αἱρεῖν etiam eſt κροτεῖν καὶ καταβάλλειν, deturbare, deiicere: vt ὁ πέλεκυς τὰ δένδρα αἱρεῖ. ¶ αἱρεῖν verò ſeparare eſt.

Αἰελλαὶ, procellæ, turbines, ἀνέμων καταιγίδες.

Αἰερόπον, τὸ, tenebroſum, σκοτεινὸν, & cribrum.

Αἶερος, malo omine, & inauſpicatò, Odyſſ. ς.

Αἰῤῥὸν, inadulabile. eſt etiam ἄῤῥητον, infandum.

Αἴρω, μ. ἀρῶ, π. ἦρκα, tollo, leuo. αἴρεσθαι ἄχθος, tollere onus, Lucianus. ἄρασθαι κλέος, gloriam reportare, Homer. ἀράμενη βάρος ἀγγελίας, pondus graue nuntians. ¶ Demoſth. τὸν ὑπὲρ τ᾽ ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι, qui pro omnium libertate ac ſalute periculum ſuſcepiſtis. Plat. 2. de Repub. οὐ φαῦλον πρᾶγμα ἠράμεθα, ſuſcepimus. ¶ Sophocles, δίκας ἀροίμην τ᾽ φονευσάντων πάρα, pœnas ſumerem de interfectoribus. ¶ Pro φέρομαι, capio & aufero, Iliad. γ. ἄσβεστον ἤρατο κῦδος, tulit decus immortale. ¶ Thucyd. pro ſoluo, lib. 1. οἱ δὲ τὰς ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς, hi ſolutis à terra nauibus. Idem libro 2. de profectione terreſtri, ἄρας ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν μακεδονίαν. ¶ αἴρομαι interdum accipitur pro in altitudinem procedo. αἰρομένου ἡλίου, apud Ariſtot. in Problem. ἦρθη μέγας, Demoſth. euaſit magnus. ¶ Item, pro admoueo, αἶρ᾽ αὐτὸν, αἶρε δεῦρο, huc admoue eum. Αἴρειν etiam ſignificat ἐγείρειν excitare, ſubleuare, Αἴρειν πόδα ἔξω πηλοῦ, luto pedem efferre. ¶ αἴρειν τὰς χεῖρας, manus ſupplices tendere.

Ἄϊς, ιδος, ὁ, Orcus, Pluto, Ἀΐδης. Iliad. α, ψυχὰς ἄϊδι προΐαψε.

Αἶσα, ης, ἡ, ſors, fatum, parca, fortuna, οἷον ἀεὶ οὖσα. Alii deducunt à δαίω, i. diſtribuo, cuius μ. δαίσω: vnde abiecto δ, αἶσα, id eſt, μοῖρα, Odyſſ. ξ. Iliad. γ, pro officio, ἐπεί με κατ᾽ αἶσαν ἐνείκεσας, i. κτ᾽ τὸ προσῆκον, vt decet. αἶσά ἐστι, fatum eſt & neceſſe. Accipitur & pro inſania, Soph.

Αἴσακος, ramus lauri, vel myrti: & idem quod ἐριθακὸς, vel potius ἐριθακὸς, ſiue ἐρίθυμος.

Αἰσάλων, ὁ, accipitris ſpecies: aliâs αἰσάρον, Ariſtot. lib. 9. de nat. animal. cap. 36.

Αἴσαρος, ου, ὁ, fluuius & portus iuxta Crotonam vrbem, Theocrit. ειδυλλ. δ. ἄλλοκα μὲν μιν ἐπ᾽ αἰσάροιο νομεύω, ſubinde paſco apud Æſarū.

Αἰσθάνομαι, μ. αἰσθήσομαι, π. ἤσθημαι, μέσος ἀόριστος ᾐσθόμην, καὶ αἰσθίομαι, αἰσθοῦμαι, ſentio. Pro intelligo, cum participio ordinatur: αἰσθάνομαι ἕξων, ſentio me habiturum, Ariſtophan. ſi ad alteram perſonam refertur, accuſatiuũ aſciſcit: Ariſtoph. in Pluto, εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με, ſi triſtem me animaduertiſſet: pro ſenſum habeo, genitiu. exigit, vt αἰσθάνομαι κραυγῆς, Xenoph. i. audio clamorem. Thucy. cum præpoſitione dixit lib. 1. περὶ ὧν οὐκ αἰσθάνεσθαι ἡμῖν γε δοκεῖτε, οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε, &c. Idem cum accuſatiuo, li. 2, ᾔσθοντο τὴν βοήθειαν, &c. ſenſerunt auxilia venire. αἰσθάνομαι τὰ τῶν πολεμίων, Xenoph, lib. 1. Pædiæ, i. οἶδα, ſeu percipio.

Αἴσθησις, εως, ἡ, ſenſus, vis ſentiendi. αἴσθημα, ſenſus audiendi, vt Cicero loquitur. Galen. lib. 1. ad Glaucon ψύξεώς τινος αἴσθησιν ἔχουσι, frigoris ſenſu afficiuntur. αἴσθησιν ποιεῖν, ſenſum ciere & mouere, Demoſth. ἡ παρ' ἐκείνου αἴσθησις, illius notitia. Idem αἴσθησις ἐπεγένετο, reſcitum eſt. Quintilian. lib. 3. cap. 8, ſecundum ſenſum. dicit τὸ κατ' αἴσθησιν.

Αἰσθητήριον, ου, τὸ, ſentiendi organum.

Αἰσθητικὸς, qui vim ſentiendi obtinet: vnde ἡ αἰσθητικὴ δύναμις, virtus ſentiendi apud Galen. ὀδύνη αἰσθητική, dolor qui ſentiatur apud eundem. Sunt qui paſsiuè quoque exponant, τὰ αἰσθητικὰ, i. quę ſenſibus percipiuntur.

Αἰσθητὸς, ſenſilis, qui ſentiri poteſt.

Αἴσθω, ſpiro, ἐκπνέω: vnde ἆσθμα. (αἶσα.

Αἰσιμία, ας, ἡ, vaticinium, μαντεία, καθῆκον, ab

Αἴσιμος, iuſtus, pius, æquus. Odyſſ. ξ, αἴσιμα ἔργα ἀνθρώπων, ideſt, pia opera. Αἴσιμόν ἐστι, fatum eſt, fatale eſt. αἴσιμον ἦμαρ, i. dies fatalis & vltimus. ¶ αἰσίμη, quæ decorum ſeruat.

Αἴσιος, ὁ καὶ ἡ, auſpicatus, lætus, Xenoph. libro 2. Pæd. ἀετὸς δ' ἐπιπτάμενος αἴσιος. i. aquila auſpicata & fauſta.

Αἰσίως, decenter, καλῶς, δεξιῶς, Euripid.

Αἰσιόω, μ. ώσω, & αἰσιόομαι, auſpicium accipio. αἰσιώμενοι τὸ χωρίον, i. loci captantes auſpiciũ.

Αἶσμα, ατος, τὸ, expenſa, δαπάνημα: & ἆσθμα.

Αἴσονες, ſepes, ſepta, φραγμοί.

Αἴσος, pro ἄνισος, inæqualis, impar, ignotus.

Αἰσοντὴρ, ερος, rex, princeps, quaſi τὰ αἴσια τηρῶν, qui & αἰσυμνήτης: alii gradum eſſe ætatis dicunt, & ſignificare iuuenem, agilem: quidam νομέα, i. paſtorem exponunt.

Αἰστὴρ, ῆρος, ὁ, torris, titio.

Αἰστήτωρ, ορος, ſubulcus, συβώτης, χοιροβοσκός.

Αἴστης, amabilis, ὁ ἐράσμιος.

Ἄιστος, incognitus, de quo nihil ſcitur.

Αἰστόω, μ. ώσω, π. ωκα, deſtruo, trucido, euerto. Soph. σὺ γάρ μοι πατέρ' ἠΐστωσας δορὶ καὶ μητέρα, i. euertiſti.

Ἀΐστωρ, ορος, ἄπειρος, imperitus & indoctus.

Αἰσυήτηρ, ερος, ὁ, ſubulcus, Etym.

Αἰσυήτηρ, rex, honoratus, qui æquitatem ſeruat.

Αἴσυλος, ου, ὁ, impius, indecens, malus, ἄδικος.

Αἰσυμνάω, impero, rego, ſum rex, βασιλεύω, ἄρχω.

Αἰσυμνητεία, ας, ἡ, æſymnetia, tertia pars regiæ poteſtatis, Ariſtot. Eſt autem αἱρετὴ τυραννίς, i. regia poteſtas per electionem creata. vnde & Αἰσυμνήτηρ, rex.

Αἰσύφηλος, ου, ὁ, timidus, mendax, deceptor.

Αἴσχεσις, εως, ἡ, dedecus, ὄνειδος, ὕβρις, probrum.

Αἶσχος, εος, τὸ, iniuria, probrum, fœditas, dedecus.

Αἰσχυργέομαι, οῦμαι, turpiter geror.

Αἴσχη, ης, proprium nomen ſortis apud Emped.

Αἰσχήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, ſquallidus, turpis, in Epigr.

Αἰσχροκέρδεια, turpis lucri comparatio. Demoſth. aduerſus Æſch. τῆς ἰδίας ἕνεκ' αἰσχροκερδείας τὰ κοινῇ συμφέροντα προΐεντο, i. commoda publica priuato queſtui atq; adeò turpi poſthabuerũt.

Αἰσχροκερδέω, turpiter lucrum facio. vnde Αἰσχρο-

Αἰσχρολογεῖν, turpiter loqui, turpia fari. (κερδής.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, verborum obſcœnitas.

Αἰσχρολόγος, obſcœnus, turpiloquus.

Αἰσχροποιεῖν, agere turpia.

Αἰσχρὸς αἰσχίων αἴσχιστος, turpis turpior turpiſsimus, fœdus, obſcœnus. αἰσχρὸς ὁ καιρὸς, i. turpe tempus, Demoſth. περὶ στεφ. Iſocrat. de pace, πεπόνθατε γὰρ ἅπαντ' αἴσχιστα, fœdiſsimis omninò laboratis affectibus. τὸ αἰσχρὸν, fœditas.

Αἰσχρότης, ητος, ἡ, obſcœnitas, fœditas.

Αἰσχρορρημοσύνη, verborum obſcœnitas, Demoſt.

Αἰσχρουργία, ας, ἡ, fœdum facinus.

Αἰσχρῶς, fœdè, turpiter.

Αἰσχύνη, infamia, pudor, verecundia propriè ob ſcelus aliquod. Hanc Philoſophi definiũt εἶναι φόβον δικαίου ψόγου, i. metum iuſtæ reprehenſionis, Gellius lib. 19. cap. 6. Iſocrat. ἡγοῦ μάλιστα σοι πρέπειν κόσμον αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην, vbi pro honeſto pudore capitur, qui adoleſcentem decet. Item αἰσχύνη, i. dedecus, probrum, ignominia, ſtuprum, id eſt, ὕβρις. Demoſt. περὶ στεφ. ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖν τὴν πόλιν, dedecore afficere ciuitatem. γυναικῶν αἰσχύναι, apud Iſocrat. i. matronis illata ſtupra.

Αἰσχύνομαι, pudefio, ſuffundor pudore. Cum participio iungitur: οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες. Xenoph. lib. 3. Pædiæ, αἰσχυνοίμην ἂν τούτοις ἀντιλέγων, iſtis me puderet contradicere. ¶ Cum infinitiuo: Æſch. contra Cteſiph. αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, vos pudeat à ſtatione diſcedere. Xenoph. lib. 5. Pæd. αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν, me dicere puderet. ¶ Cum datiuo, idem ibidem, αἰσχύνομαι τῇ αἰτίᾳ, me pudet ob culpam. Cum accuſatiuo: Plutarch. in Alcib. αἰσχυνόμενος τὴν ἀρετὴν, i. qui virtutem reueretur. ¶ Hoc modo etiã dicitur αἰσχύνομαι ἐμαυτὸν μὴ, vereor ne. Plat. epiſt. 7. Item ſequente εἰ μή: Xeno. αἰσχύνοιτο ἂν εἰ ὠφελούμενος ὑπό σου μὴ ἀντωφελοίη σε, erubeſcet, ſi beneficium non tibi reddiderit. Conſtruitur etiam cum ἐπὶ, vt αἰσχύνομαι ἐπὶ τῇ ἀρχῇ, imperii me pœnitet. Æſchines contra Cteſiph. αἰσχύνεται ἐφ' οἷς ἡμάρτηκε. Item cũ ἐν, Thuc. lib. 2, ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι, in operibus puden-

pudentes.

Αἰσχυντηλία, ας, ἡ, verecundia, Plutarch.

Αἰσχυντηλὸς, verecundus, pudibundus, Plinius. pro eodem etiam reperitur Αἰσχυντηρὸς per ρ'.

Αἰσχυντία, ας, ἡ, verecundia, pudor.

Αἰσχυντὸς, οῦ, pudendus, Phocyl. vitio vertendus.

Αἰσχύνω, ῦνῶ, dehoneſto, dedecus ac labem aſpergo, Actiuum.

Αἰσωπικὰ, τὰ, ridicula, αἰσώπου γελοῖα, fabulæ.

Αἴσσω, μ. ξω, & ἀΐσσω, concitor, feror, irruo, vt in Epigram. αὐτὴν ἀΐξασα δι' ἤπαλος ἤλασε λόγχην. Significat & concito ſeu moueo.

Αἶται, Iouis filiæ quæ ſupplicibus adſunt, Heſyc.

Αἴτας, ſodalis, ἑταῖρος.

Αἰτέομαι, οῦμαι, μ. αἰτήσομαι, peto, precor, ἱκετεύω, oro. Hoc verbum eſt commune: nunc actiuè conſtruitur, vt αἰτοῦμαι τὸν ἄνθρωπον: nunc paſsiuè, vt αἰτοῦμαι ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου. Ariſtophan. νεφ. ἐμοῦ μέτρια τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου, me iuſta poſtulante. Xenoph. lib. 1. Pædiæ, αἰτεῖσθαι τ' ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν, petere à diis bona. Αἰτηθεὶς, à quo quippiam petitum eſt. Thucydid. lib. 2, αἴσχιον ἦν αἰτηθέντα μὴ δοῦναι, ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν, deformius erat eum qui poſceretur nõ dare, quàm eũ qui poſceret non impetrare. αἰτούμενοι δίκας, in ius vocati.

Αἰτέω, ῶ, μ. ήσω, peto. Plutarch. in Themiſt. αἰτεῖν παρ' ἱέρωνος τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, i. petere ab Hierone in matrimonium filiam. αἰτῶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς, de rapto pœnas peto. Item cum infinitiuo. αἰτῶ πιεῖν, poſtulo potum, Lucian. Interdum cum duplici accuſatiuo: Æſchin. in Cteſiphont. μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθά. Idem ibidem, pro imploro: αἰτοῦσι τὰ πιστὰ τὸν ἀλέξανδρον, Alexandri fidem implorant. αἰτεῖν eſt petere aliquid non reddẽdi, ſed potiendi ac aſſeruandi gratia: αἰτεῖσθαι verò, eſt ſolùm rem vſuariam & commodatò petere. ¶Αἰτεῖν μείζονα dicunt Græci ſubaudiendo κύλικα, quod Cicero in Verrem dixit, poſcere maioribus poculis.

Αἴτημα, ατος, τὸ, petitio, quæſtio, poſtulatum.

Αἴτης, pauper, mendicus: ἀΐτης amatus Theſſal.

Αἴτησις, εως, ἡ, petitio, poſtulatio, Αἴτημα.

Αἰτητὰ, ſymbola quæ dantur ad cœnam.

Αἰτητὴς, οῦ, ὁ, poſtulator, petitor. Αἰτητικὸς, idem.

Αἴτητος, ου, ὁ, petitus: αἴτητος ἀρχὴ, petitũ imperiũ.

Αἰτία, ας, ἡ, cauſa, πρόφασις, gratia, accuſatio, ἐν αἰτίᾳ εἶναι, in culpa eſſe, Plut. in Camillo. οἱ ἐν αἰτίαις γενόμενοι, i. rei. ¶αἰτίαν ἔχω, i. culpor, incurro crimen. Plutarch. in Pericle, αἰτίαν ἔχει τοῦ πολέμου, id eſt, in uidiam belli in ſe vertit. Thucydid. αἰτίαν πολλὴν ἔχω ὑπό σου, in magna inuidia ſum apud te. Plutarch. in Themiſtocle, αἰτίαν ἔχει μηδίζειν, i. accuſatur quòd cum Medis ſentiat. αἰτίαν ἔχω, etiam in bonã partem, Iſocr. ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν, i. id beneficii nobis acceptum feretur. dicitur etiam, ἐν αἰτίᾳ σε ἔχω, id eſt, te incuſo, μέμφομαι. ἐν αἰτίᾳ τίθημι, i. culpo. Herodot. ἐν αἰτίῃ τιθέντες τὸν μαρδόνιον, i. culpam in Mardonium refundentes. ¶αἰτίαν λαμβάνω, pro accuſor: Thucydid. libro 2. αἰτίαν τε ἐκ ἐλαχίστην ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ, &c. grauiſsimè accuſatus eſt ab eo Archidamus. ¶αἰτίαν νέμειν τινὶ, culpam in aliquem conferre. Soph. ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει. ¶αἰτίας ἐξελεῖν, culpa eximere & abſoluere. αἰτίαν ὑπέχειν, Cicero dixit, ſubſtinere cauſã. ¶αἰτίαν ἐνδέχεσθαι, in ſe crimen recipere. Thucydid. αἰτίαν τοῦ ἀδικεῖν φέρομαι, i. mihi crimen imponitur ſceleris. Plutarch. in Per. αἰτίαν ποιησάμενος κατ' αὐτῶν, i. eos in crimen vocans. ¶Quam cæteri Euangeliſtę, αἰτίαν appellant Ioannes τίτλον vocat, i. titulum. Item pro iniuria: αἰτία χειμῶνος, iniuria hyemis, Galen. lib. 1. ad Glaucon.

Αἰτίαμα, ατος, τὸ, culpa, crimen. Act. 25.

Αἰτιάομαι, μ. άσομαι, τὴν αἰτίαν ἄγω, accuſo, inſimulo. Conſtruitur autem ſic. Xenoph. τούτου σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται, de hoc accuſat Socratem. Lucian. ᾐτιᾶτο τῶν στεφανουμένων. Ariſtot. lib. 7. Polit. cap. 12. αἰτιῶμαι τοῦ καλῶς κιθαρίζειν τὴν λύραν, bene cithara ludendi cauſam eſſe lyram dico. Plat. in Phæd. καὶ ἔγωγε, ὦ φαῖδρε, αἰτιῶμαι τοὺς ἐντοπίοις θεούς, hoc acceptũ geniis loci refero. Demoſth. περὶ στεφ. αἰτιῶμαι ναύκληρον τῆς ναυαγίας, accuſo naucleꝛum, quòd nauem fregerit. ¶Conſtruitur prætereà hoc modo, αἰτιῶμαί σε εἰς ὑπερηφανίαν, i. te accuſo ſuperbiæ. Gorgias Leont. paſſiuè vſurpat in encomio Helenæ, εἰ διὰ τὸ πρῶτον ἄξιος αἰτιᾶσθαι ὁ αἰτιώμενος, ſi propter primum dignus eſt criminatione is qui criminatur. Æſch in Cte. cum infini. αἰτιώμενος ἐμποδίζειν, &c. Xenop. αἰτιῶνται αὐτὸν ἀργὸν ἐσθίειν, eum criminantur, quòd iners cibum capiat. Aliquando cum duobus accuſatiuis, vt τίνα δ' ἑαυτὸν αἰτίαν αἰτιασάμενος; quid contra ſeipſum obiiciens? Αἰτιῶμαι pro αἰτιῶμαι. Bud.

Αἰτίασις, εως, ἡ, accuſatio, querela.

Αἰτιάζω, μ. άσω, peto, αἰτιάζομαι, expoſtulo. Xenoph. li. 1. τῶν ἑλλην. ὑμεῖς δὲ, πρὸς ἃ ἐγώ τε φιλοτιμοῦμαι καὶ ἡ πόλις ἡμῶν, αἰτιάζεσθε, i. vos verò reprehenditis quæ prædicanda ego & ciuitas noſtra ducimus. Itẽ paulò pòſt αἰτιαζόμενοι ἐναντιοῦσθαι, id eſt, inſimulati hoſtilitatis paſsiuè.

Αἰτιατέον, accuſandum eſt. Plato de Repub. τῶν ἀγαθῶν οὐδένα μᾶλλον αἰτιατέον, bonorum nullus alius author dicendus eſt.

Αἰτιατικὸς, οῦ, ὁ, accuſator.

Αἰτιατὸν, cauſatum, à cauſa ortum.

Αἰτίζω, μ. ίσω, peto: Homer. αἰτίζων ἀκόλους οὐκ ἄορας οὐδὲ λέβητας. ¶Capitur & pro mendico.

Αἰτιολογέω, γῶ, μ. ήσω, αἰτιολογοῦμαι, cauſificor.

Αἰτιολογία, ratio cauſæ. Quintilian. li. 1. cap. 15. Sentẽtia vniuerſalis eſt vox: ætiologia perſonis cõtinetur. Eſt etiã αἰτιολογία, cauſificatio.

Αἰτιολογικὸς,ῦ,ὁ ϗ ἡ,cauſalis,rationalis.

Αἰτιόλογος,ὁ,qui vtitur probationibus.

Αἴτιον,τὸ,cauſa,culpa,accuſatio. τὸ ποιοῦν αἴτιον, i.cauſa efficiens. τὸ πρῶτον αἴτιον, prima cauſa.i. Deus ipſe. αἰτιώτερον dixit Xenoph.li.1, ἀπομν. Οἴει τι ἄλλο αἰτιώτερον εἶ),&c. quippiā aliud magis in cauſa eſſe putas.

Αἴτιος, ου, ὁ ϗ ἡ, author, reus,in quo eſt culpa. τί οὖν; ἡμεῖς αἴτιοι; quid igitur? án nobis imputandum? Ariſtoph.in Pluto, πάντων αἴτιος καὶ τ̃ κακῶν ϗ τ̃ ἀγαθῶν. Herodot. lib.1, ἑτέροις τε οὐδὲν ἐόντας αἰτίοις ἀναστάτους ἐποίησε, nihil cōmeritos exterminauit. Iliad. γ, οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσι, non mihi in culpa es, dii certè mihi authores mali ſunt.

Αἰτοῦμαι, αἰτοῦμαι, peto: propriè eſt commodatò petere, αἰτεῖν verò ſimpliciter petere.

Αἰτιῶδες ψεῦδος, falſa ratiocinatio.

Αἰτιώτατος, qui potiſsimùm author eſt.

Αἰτναῖος,ου,ὁ, magnus,ab Ætna monte.

Αἰτιαῦτος, talis, huiuſmodi.

Αἶτνε, lucus, τέμενος, manſio, Pindar.in Olymp.

Αἴτω, applico, ὁρμῶ.

Αἰτέεσθαι, iudicare, vel iudicari.

Αἴτυερς, vitrum, ὕαλος, i.perſpicuus, ſplendidus.

Αἰτώλιος ἰκτῖνος, miluius Ætolius. Ariſtot.

Αἴφνης, ſtatim, repenté. Αἰφνίδιον, ſubitò, Plutar.

Αἰφνίδιος,ου,ὁ ϗ ἡ, ſubitus, repentinus. Lucian.in dial. Zenoph.& Calid. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον, i.primùm quidem ad ſubitum caſum expauit.

Αἰφνιδίως, i.repentè, de improuiſo, ſtatim, αἴφνης.

Αἰχμάζω, μ. σω, propriè δοράτομαχεῖν ſignificat, i.haſta ſeu iaculo præliari. & pro ὁπλίζω, i. armo, Iliad. δ. Sophocl. ἤ ϗ πρὸς ἀπειρίδυσιν, ἤχμασεις χέρα. Vnde συναιχμάζω, in Epig. Interdum accipitur pro conſtringo, cohibeo.

Αἰχμαλωτεύω, μ. εύσω, & Αἰχμαλωτίζω, captiuum duco, accuſat.ago in captiuitatem, bello capio, actiuum eſt. αἰχμαλωτισθῆναι non dici Atticis ait Phrynichus, ſed αἰχμάλωτος γενέσθαι. Αἰχμαλωτίς, ίδος, ἡ, captiua, bello capta, & Αἰχμάλωτος, ὁ ϗ ἡ, bello partus, propriè eſt ὁ αἰχμῇ ληφθείς. Plutarch.in Theſ. αἰχμάλωτον ἀμαζόνα, dixit, i.captiuā Amazona.& in Camill. αἰχμάλωτον πόλιν. ¶τὰ αἰχμάλωτα, id eſt, mancipia, apud Philoſtr. in Heroicis, & αἰχμάλωτα σώματα, apud Demoſth.

Αἰχμή, ῆς, ἡ, cuſpis. Philoſtr.in Heroicis. τὰς αἰχμὰς τ̃ κεράτων. Item iaculum, haſta, pugna, bellum, Plutar. in Numa αἰχμῇ προσεκτήσατο πολλὴν χώραν, multùm agri armis comparauit. Pro falce, Heſiod. οἱ γὰρ μὲν ἡμῶν αἰχμῆς ὀξείησιν. Deducunt παρὰ τὸ αἷμα χέειν τῇ ὀξύτητι, vel τὸ ἀΐσσω. Accipitur pro δύναμις apud Dionyſium de Situ orbis. ¶ Dicitur etiā αἰχμά, i. βία, vis, violentia. Æſchylus in Prometh. ὑπερήφανον τοῖς πρίν οις θεοῖς δείκνυσιν αἰχμάν, Interpr. τὴν βίαν. Et Pindar. αἰχματὰν κεραυνὸν dixit, i.violentum fulmen.

Αἰχμητής,ου,ὁ, bellator. παρὰ τὸ αἰχμάζω, Iliad. β.

Αἴχμιον, haſtile, telum, τὸ δόρυ.

Αἰχμοφόρος, haſtatus, ſatelles, Herodot.lib.1.

Αἶψα, ſtatim, continuò, facilè. Ιλ. β.& Οδυσ. ξ.

Αἰψηρός, ου, ὁ, celer. à ψαίρειν, i. ταχύνειν. Dicitur & λαιψηρός.

Αἴω, imperfectum ἄϊον ſine augmento (ne coincidat cum ἤϊον, i.ibam) audio, ſentio, ſpiro: Ariſtoph. νεφ. ἄϊε τοῦ πατρός, audi patrem. Odyſſ. ξ, οἳ δ᾽ βοῆς ἀΐοντες, &c. i.clamorem audientes. Cum accuſatiuo, Iliad. ό, ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ, agebam animā. Αἴω pro αἰσθάνομαι ϗ γινώσκω.

Αἰών, ῶνος, ὁ, æuum, vita. Hieronym. in cap. 26. Ezech. αἰών, inquit, i.ſeculum ſeptuaginta annos continet. Ariſtot. de Cœlo, libro 1. docet quid ſignificet. ¶τὸν αἰῶνα διάγειν, vitam degere, Xenoph. Philo pro æternitate accipit, in li.de mundo, ἐν αἰῶνι δ᾽ οὔτε παρελήλυθεν οὐδέν, οὔτε μέλλει, ἀλλὰ μόνον ὑφέστηκε, in æterno nihil nec præteritum, nec futurum eſt, &c. ¶Αἰὼν etiam genere fœm. reperitur Atticé. Heſiod. γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσαι, dulci vita ſpoliare. δι᾽ αἰῶνος, i.ſemper. ἐξ αἰῶνος, ab æterno. ¶αἰὼν etiā dicitur ὁ νωτιαῖος μυελός, ſpinæ medulla. Hippocrat. αὐθέρωπός τις νοσήσας τὸν αἰῶνα, ἑβδομαῖος ἀπέθανεν. ¶Item vitæ ſpatium & curriculum: qua ſignificatione dixit Herodot. τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα pro θανεῖν. & Euripid. in Philoctete, ἀπέπνευσεν αἰῶνα, efflauit animam.

Αἰωνίζω, perduro, & αἰωνίζων, ſempiternus.

Αἰώνιος, ὁ καὶ ἡ, æternus. In genere fœm. Plato 2. de Repub. μέθη αἰώνιος, perpetua ebrietas. αἰώνιοι θέαι, ludi ſeculares, Herodian.

Αἰώρα, elatio eſt, & deambulatio, & geſtatio. Eſt & ſuſpendiculum in ſcena, qua heroes vel dii attollebantur, Pollux lib.4. Item penſile vectabulum apud Platon. Pro geſtatione in naui, Plutarch. ¶Αἰώρα etiam vas eſt penſile, ad exſiccandum caſeum, κρεμάθρα etiā dictum.

Αἰωρέω, μ. ήσω, attollo, effero, ſuſpendo. περὶ στεφ. ὄφεις σὺν παρείας θλίβων ϗ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν, i. ſuper caput ſuſpendens. Item rebus nouis immineo. αἰωρεῖσθαι τῇ ψυχῇ, lætitia geſtiente affici, Bud. Interdum paſsiuè, ſum ſublimis, pendeo, hæſito, ſuperbio. Herodot.in Vran. αἰωρηθεὶς ὑπὸ μεζόνων, magna aggreſſus.

Αἰώρημα, ατος, τὸ, editum & excelſum opus, Antipat. in epig. κήπων τ᾽ αἰώρημα ϗ ὑψίστοιο κολοσσοῦ.

Αἰώρησις, εως, ἡ, vectio, geſtatio, αἰώρημα, Galen.

A K

Ἄκα, extremum phalangis, pugna, acies.

Ἀκαχέω, μ. ήσω, π. ηκα, triſtor.

Ἀκάζομαι, μ. άσομαι, expio, ἀγάζομαι. Herodot. lib. 1, ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα βουλόμενοι ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον, i. Delphos miſerūt ſcelus volentes expiare.

Ἀκαθαίρετον, inexpugnabile, τὸ μὴ χειρούμενον.

Ἀκαθαρσία, ας, ἡ, ſordes, impuritas. Demoſth. κατὰ Μειδ. τοῦτο οὐκ ἔχον ἐστὶν ὑπερβολὴν ἀκαθαρσίας.

Ἀκάθαρ-

Ἀκάθαρτος, ὁ καὶ ἡ, impurus: effrenis, irreuocabilis. ¶ Ἀκαθέα, Iuniperus.

Ἀκάθεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui contineri nequit, vagus, effrenatus. Vnde ἔρως ἀκάθεκτος, amor perditus, Phocylid.

Ἀκαθηκοῦσα διαθήκη, inofficioſum teſtamentum.

Ἀκαθοσίωτον, τὸ, profanum, iniuſtum: ἄνομον, ἄκοσμον, ἀπόβλητον.

Ἀκαίνη, apud Apollon. i. κέντρον, ſtimulus. Ἄκαινα verò eſt βούπληκτρον, ſtimulus quo bubulci vtuntur. eſt & ſpinæ genus. Item virga paſtoſtoralis: & menſura decem pedum, Ciceroni decempeda. Callimachus, ἀμφότερόν τε βοῶν καὶ μέτρον ἀκαίνης.

Ἀκαιρέω, & Ἀκαιροῦμαι, deeſt mihi opportunitas.

Ἀκαιρία, ας, ἡ, importunitas, inauſpicata conditio tẽporis, immodicitas: καιρὸς enim eſt modus. Theophr. ἔντευξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας, moleſtia obturbatrix.

Ἄκαιρος, ὁ καὶ ἡ, intempeſtiuus, importunus. Iſocrat. τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρὸν, importunitas vbique inuiſa eſt. vnde ἀκαίρως, i. importuné. Opponit τῷ συμμέτρῳ, Iſocrat.

Ἀκακαλὶς, flos narciſsi, Cretenſ. Heſy. Dioſ. l. 1.

Ἀκακέμφατος, dicitur qui malè audire deſiit.

Ἀκακήτης, ου, ὁ, in vocatiuo, ἀκάκητα, vt notat Gaza lib. 3, nullo malo dignus. Odyſſ. ώ, & & Iliad. ο, ἑρμείας ἀκάκητα.

Ἀκακία, ας, ἡ, innocentia, ſimplicitas, ἀγαθωσύνη. ¶ Eſt & ἀκακία, idem quod εὐθυμία, Democriti ſummum bonum, animus terrore liber, Cicer. 5. de Finib. & Ἀκακίαγος, impotens.

Ἄκακος, ου, ὁ, purus, ſimplex, Plutarcho. Dionyſius ad Demophilum ſcribens, oſtendit ἀκάκοις eſſe τοὺς μὴ προσεννοοῦντας τὰ κακὰ, &c.

Ἀκάκως, ſimpliciter, puré.

Ἄκαλα, quieta, nullum ſtrepitũ edentia, ἄψοφα.

Ἀκαλαρρείτης, ου, ὁ καὶ ἡ, quietè fluens, Iliad. η.

Ἀκαλήφη, ης, ἡ, quę etiã κνίδη, vrtica herba, Dioſcorid. lib. 4. Eſt & animal marinum, Gell. li. 4. cap. 11.

Ἀκαλλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ ἀκαλλὲς, deformis. Lucia.

Ἀκαλλιέρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, nõ litat⁹, Æſch. in Cteſip.

Ἀκαλλώπιστος, curam pulchritudinis negligens, vel qui non effertur iactatione, vtroque modo apud Nazanz.

Ἀκαλὸς, οῦ, ὁ, quietus: pro ἤκαλος κατὰ συστολήν. fit ab ἦκα, i. τὸ ἠρέμα.

Ἀκάλυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, retect⁹, apertus, apud Lucia.

Ἀκάμας, αντος, indefeſſus, ἥλιος ἀκάμας. Homero, quòd laborẽ non ſentiat, Seru. in illud Virgil. *Hic canit errantem lunam, ſoliſque labores.*

Ἀκάματα, pro ἀκαμάτως, infatigabiliter. Soph.

Ἀκαματόπους, οδος, ὁ, indefeſſo pede currẽs, Pin.

Ἀκάματος, ου, ὁ καὶ ἡ, indefeſſus, παρὰ τὸ κάμνω. Iliad. ε, ἀκάματον πῦρ. ¶ Capitur pro eo qui non laborauit, Nonn.

Ἀκάμμυστος, incontueniens.

Ἀκαμπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, inflexibilis, & Ἀκαμπὴς, rectus, Lucian. ἄκαμπτος, idem.

Ἀκαμπίας, rectus curſus. ¶ Ἀκαμψία, ας, ἡ, rigiditas. ¶ ἄκανδος: ingratus, ἄχαρις.

Ἄκανθα, ης, ἡ, ſpina, vepris, ſentis, aculeus. Plinius Acanthum vocat. Differunt autem λευκάκανθα, & ἄκανθα λευκή: nam illa inter ſpinoſas arbores numeratur, hæc inter aculeatos frutices & carduos cenſetur. Herod. accipit pro ſpina dorſi, in Melpom.

Ἀκανθεὼν, ſpinetum. Ἀκανθὲς, ſpinoſum.

Ἀκανθίας, qui & ἀκάνθιος, epitheton eſt cicadæ.

Ἀκανθίζω, horreſco ſpinis. Ἀκανθικὸς, aculeatus.

Ἀκανθὶς, ίδος, ἡ, auis quæ ſpinis & carduis paſcitur: quidam luſciniam, alii carduelem vertũt. Interpr. Theocr. Edyll. ζ.

Ἀκάνθιον, ονος, apud Rufum Epheſium herinaceus, quia ſpinis horret. Galen. de med. l. 1.

Ἄκανθος, gen. fœm. arboris nomen, apud Theophraſt. lib. 3. hiſtor. plantar. cap. 4, acer à Gaza & ſpina vertitur. Probus autem in Virg. 2. Georgic. herbam dicit eſſe ſpinoſam & rugoſam.

Ἀκανθόω, μ. ώσω, aculeatum reddo. vnde ἀκανθοῦμαι, aculeat⁹ ſum, ſpinis inhorreſco, Baſil.

Ἀκανθυλλὶς, ίδος, ἡ, ſpinus auis, Ariſtot. anim. c. 3.

Ἀκανθώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſpinoſus, Gaza.

Ἀκανθὼν, ῶνος, ὁ, ſpinetum, ſenticetum. ¶ Apud Ioſeph. & Apionem, Gramm. pro aſini capite.

Ἀκανικαὶ ἄκανθαι, ſpinæ acanicæ, Theophr. lib. 4. cap. 7. hiſtor. plant.

Ἄκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, eſt ſpinoſus & aculeatus frutex, Theophr. ἄκινος verò ſiue ἄκονος planta eſt Dioſcorid. quam quidam ocymaſtrum interpretantur. Theophraſt. de plant. lib. 1. c. 16, inter φυλλάκανθα recenſet ἄκορνα, ἡ δρυπὶς καὶ ὁ ἄκανθος: ſed legendum eſt ἄκανος.

Ἀκαπήλευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non cauponatur. Cyril. & ἀνόθευτος.

Ἀκάπηλος, ſimplex, non aſtutus. Strabo, βίος πρὸς τὰ συμβόλαια ἁπλοῦς καὶ ἀκάπηλος.

Ἀκάρδιος, ου, ὁ, excors. Itẽ ſine medulla, Theophr.

Ἀκαρὲς, τὸ, quod ob exiguitatem non licet κεῖραι, i. tondere vel ſcindere. ¶ τὸ ἀκαρὲς, anulus quem in minimo digito geſtabant.

Ἀκαρέως, integré. & ἀκαρῶς, momentó, ἐν ἀτόμῳ.

Ἀκαρῆ, aduerbium, momentò, ſtatim, Gaza lib. 3. grammat.

Ἀκαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui ſecari non poteſt. Ariſtoph, ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου, & ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, repentè & in momento temporis.

Ἄκαρι, τὸ, genus inſecti candidi, Ariſtot. 5. c. 32.

Ἀκαριαῖος, exilis, βραχὺς, exiguus. πλοῦς ἀκαριαῖος, breuis nauigatio, Demoſth.

Ἀκαρίδιος, vehemẽter breuis, vt ἀκαρίδιος ὁ ἀνθρώπινος βίος.

Ἀκαρνα, ἡ, genus ſuffruticis, Theophr. lib. 6. c. 3. hiſt. plant. & cap. 4. Ἄκορνα quidam legunt.

Ἀκαρὸς, cerebrum, vel caput, ἐγκέφαλος, ἡ κεφαλή.

Ἄκαρπος, ὁ καὶ ἡ, infructuoſus, Ariſtot. Polit. lib. 1.

Ἀκάρπωτος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἄκαρπος. Sophocl. ἤπου τινὸς νίκας ἀκάρπωτον χάριν, &c. cuius

fructum non percepit aliquis. ἀκάρπωτος γῆ, intacta, non defrugata.

Α᾽καρτέρητος, ὁ καὶ ἡ, δυσυπομόνητος, intolerabilis, Heſych.

Α᾽καρτος, ου, ὁ, intonſus, à verbo κείρω. Ath. lib. 1.

Α᾽κέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα, ſcelus expiare, Herodot. lib. 1. vbi tamen vide num ſit legendū ἀκέσεσθαι, i. θεραπεῦσαι.

Α᾽κάσκα, quieté: alii legunt ἀκασκᾶ, ſilentia, ἀκὴν, pedetentim. Ælius Dionyſius ex Cratino, σκήπτοισιν ἀκασκᾶ προβιβῶντα. ¶ Α᾽κασμένα, quieta, ſedata.

Α᾽καταβλητος, quod dirui nequit. Ariſtoph. νεφ. τὸν μηδενὶ καταβαλλόμενον.

Α᾽κατάγγελτος πόλεμος, indictum bellum. Plutarch. in Numa.

Α᾽κατάγνωστος, ου, ὁ καὶ ἡ, irreprehenſibilis. Itē qui contemni non poteſt, δυσεπίληπτος. Aduerb. ἀκαταγνώστως.

Α᾽καταγώνιστος, ὁ καὶ ἡ, expugnatu difficilis, Chry.

Α᾽καταιτίατος, ου, ὁ καὶ ἡ, innoxius, ἀνέγκλητος.

Α᾽κατάληκτος, ου, ὁ, indeſinens, cui nihil deeſt. Verſus acatalectic⁹ q. pedes habet diſtinctos.

Α᾽κατάληπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, incomprehenſibilis.

Α᾽κατάλις, ιδος, ἡ, ἀρκευθὶς, bacca iuniperi.

Α᾽καταλλάκτως, inſociabiliter: ἀκαταλλάκτως πολεμεῖν, implacabiliter, apud Demoſth.

Α᾽κατάλληλος, indigeſtus, incompoſitus. Ariſto. de mundo, τὰ ἐπὶ γῆς ἔοικεν ἀσθενῆ καὶ ἀκατάλληλα εἶναι. hinc ἀκαταλλήλως, inconcinné.

Α᾽κατάπαυστος, ου, ὁ καὶ ἡ, perpetuus. ἀκατάπαυστος ἁμαρτίας, qui à peccato nequit cohiberi.

Α᾽κατάσειστος, ου, ὁ, inconcuſſus, firmus, ἀσάλευτος.

Α᾽κατασήμαντος, ὁ καὶ ἡ, non obſignatus. Α᾽κατασήμαντον ἔνταλμα quod διὰ γραμματέως iubetur, ne obſignatis literis conuincatur ὁ ἐντελλόμενος, Herodianus.

Α᾽κατασκεύαστος ὕλη, rudis & informis materia, incondita. Α᾽κατασκευάστως, imparatè apud Hermog.

Α᾽καταστασία, ας, ἡ, ſeditio, incōſtantia. Α᾽κατάστατος, ου, ὁ, inſtabilis. Α᾽καταστάτως, confuſè, Iſocr.

Α᾽κατάσχετος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui coherceri nequit, Iac. 3.

Α᾽κατασχέτως, magnoperè, Plutarch. in Camillo.

Α᾽κατέργαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfect⁹, rudis, ἀμόρφωτος.

Α᾽κατεύναστος, ου, ὁ, inſomnis, inquies, ἀκοίμητος.

Α᾽κατηγόρητος, nulli obnoxi⁹, accuſat. Phal. epiſt.

Α᾽κάτιον, ου, τὸ, nauicula, *vn brigantin*, acatiū Plinio lib. 9. cap. 30. actuariū nauigium Vallæ.

Α᾽κάτειος, malus nauis præcipuus, Poll. lib. 1.

Α᾽κατονόμαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, innominat⁹, Baſil. in hex.

Α᾽κατος, ου, ὁ καὶ ἡ, de oneraria naui dicitur vt ἀκάτιον. Herodot. in Polym. τῶν ἐν τοῖσι ἀκάτοισι σιταγωγοῖσι ἐόντας, &c. in nauigiis frumentariis.

Α᾽καχέω, ῶ, μ. ήσω, triſtitia afficio, ango, accuſat.

Α᾽κάχημι, verbum poeticum pro eodem, vnde paſſiuum fit ἀκάχημαι, triſtor, pro ἀκάχεμαι. ¶ Α᾽καχήμενος ἦτορ, Odyſſ. ν, animo anxius.

Α᾽καχμένος, acutus: à verbo ἀκάζω, i. ἀκονῶ, acuo: Odyſſ. ὁ, ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.

Α᾽κάχων, triſtās. Heſio. ῥίψε δέ μιν θυμῷ ἀκάχων.

Α᾽κέανοι, οι, legumina inter vicias & lentes, apud Ælium Dionyſ. Α᾽κέαστος, inſeparabilis.

Α᾽κείαμαι καὶ Α᾽κείομαι, reſarcio. Odyſſ. ξ, νῆας ἀκειόμενον τὰς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι. Medeor apud Apollon.

Α᾽κειρεκόμης, ου, ὁ, intonſus, epith. Apollinis, Epig.

Α᾽κέλευθος, ου, ὁ, inuius. vnde ἀκέλευθα dicuntur ſigna quę locis parū peruiis præfiguntur.

Α᾽κέλευστος, iniuſſus, αὐθόρμητος, Sopho. in Aiace.

Α᾽κέντητος, ſine ſtimulo, Pindar. Interp. ἀμάστικτος: de equo dicitur qui ſine calcaribus currit.

Α᾽κέομαι, μ. ἀκέσομαι, curo, medeor, Herodot. in Thal. οὕτω δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα, i. rei venturæ medens. ¶ Pro ſarcio, Lucian. in δραπ. αὖθις ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διερρωγότα, reſarcire veſtimentorum rupturas. Vnde Α᾽κεστρία, ας, ἡ, medicatrix, ſartrix.

Α᾽κέουσα, tacita. Iliad. ά, ἀλλ᾽ ἀκέουσα κάθησο.

Α᾽κέραιος, ὁ καὶ ἡ, integer, ſyncer⁹, incolumis: Plato 1. de Rep. αὕτη δὲ ἀβλαβὴς ἐστὶ καὶ ἀκέραιος. ἀκέραιοι ὡς περιστεραὶ, ſimplices vt columbæ, Matth. 10. ἀκέραιος πόλις, integra ciuitas, Iſocrat. Thuc. l. 2. ἀκεραιότης, ſimplicitas.

Α᾽κέρδεια, ας, ἡ, βλάβη, καὶ κακηγορία, maledicētia, & damnū quo multātur maledici, apud Pind.

Α᾽κερδὴς, έος, gratuitus. ἀκερδὴς χάρις, gratia non bene collocata.

Α᾽κερμία, ας, rei pecuniariæ inopia. Plat. apud Pollucem lib. 9.

Α᾽κερσεκόμης, & Α᾽κερσέκομος, ου, ὁ, intonſus.

Α᾽κεσις, εως, ἡ, curatio, valetudinis recuperatio, Plutarch. in Lycurg.

Α᾽κεσμα, ατος, τὸ, καὶ Α᾽κεσμὸς, medela, curatio.

Α᾽κεστὴς, οῦ, ὁ, medicus. Α᾽κέστης autem, ſartor dicitur. ἀκεστική, ſartrix veſtium, Xenoph. 1. Pædiæ. Hanc differentiam quidam confundunt.

Α᾽κεστίδες. Dioſc. lib. 5. c. 76. dicuntur ab ærariis pręgrādes virgę ferreę, veluti axes trāſuerſi.

Α᾽κεστορία, ας, & Α᾽κεστορίη, ἡ, medicina. 2. Argon.

Α᾽κεστὸς, ὁ, medicabilis. Hom. ἀκεσταὶ φρένες ἐσθλῶν.

Α᾽κέστρα, ας, ἡ, acus. Lucian. ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς κατέθηκα, i. acum ad velum ſarciendum comparaui.

Α᾽κεστρὶς, ίδος, ἡ, obſtetrix, Hippocrat. περὶ σαρκῶν.

Α᾽κέστωρ, medicus, Eurip. Α᾽κεσώδυνος, doloribus medens.

Α᾽κεύω, medicor: vnde ἐξακεύμενος, i. medicans.

Α᾽κέφαλος, ὁ καὶ ἡ, ſine capite, principio carēs; Plato lib. 6. Legib. ἑκοὺν δήπου λέγων γε τὸν μῦθον ἀκέφαλον ἑκὼν καταλίποιμι, imperfectū & mutilum. ἀκέφαλος στίχος, verſus qui breuem habet in principio: vide Athenæum lib. 14.

Α᾽κέφαλος αἵρεσις, Cicer. ſine capite crimen manans, cuius author nullus eſt.

Α᾽κέων, οντος, ὁ καὶ ἡ, mutus, tacitus, ἀπὸ τῆς ἀκῆς, quod perculſionem ſignificat & immobilitatem. Iliad. ά, βῆ δ᾽ ἀκέων, Odyſſ. ξ, δαίνυσθαι τ᾽ ἀκέοντε, ſecuros epulari.

Α᾽κὴ,

Ἀκή,ῆς,ἡ,cuſpis ferri,αἰχμὴ σιδήρου. Item quies: Inde fit ἀκήν. Homer.ἀκὴν ἴσαν, &c.quietè & tacitè ibant.

Ἀκηδεία,ας,ἡ,incuria, contemptus,Apol.2.Arg.

Ἀκήδεστος,ου,ὁ,& Ἀκήδευτος apud Plutarch.incuratus.inſepultus,Iliad.ζ. Vnde Ἀκήδεστον aduerb. negligenter,2.Argonaut.Item temerè, in Epigram. ¶Immiſericorditer, crudeliter, inhumané. Euſtat.in Iliad.ω.

Ἀκηδής,έος,ὁ καὶ ἡ,neglect⁹. Odyſ.ρ'.Heſiodo υἱὸς ἀθύκητος καὶ ἀκηδὴς,inſepult⁹.ἀκηδὴς νόστος, fauſtus reditus, Apollon.ἀκηδὴς θυμὸς, ſecurus animus,in Epig. ἀκηδὴς παιδῶν,de liberis nō curans, Plat. de Legib. παρὰ τὸ κήδω,i. curo & ά priuat. Ety.vnde Ἀκηδέω negligo,actiuū.

Ἀκηδία,ας,ἡ,tædium,pigritia,anxietas. Lucian. in Hermot.

Ἀκηδιάζω, tædio & anxietate afficior. Baſil.μὴ ἀκηδιάσωμεν πρὸς τὰ παρόντα. ¶Neglectim agere. Chryſoſt. ἐπειδὴ πολλοὶ εὐχόμενοι ἀκηδιῶσι.neglectim orant.

Ἀκήδωτος,inſepultus, vel ſine affinitate,ὁ μὴ κηδείαν ἔχων.

Ἀκήλητος,ὁ καὶ ἡ,inexorabilis,ab ά & κηλῶ.Epigr.

Ἀκηλίτος,ου,ὁ καὶ ἡ,intemeratus: à verbo κηλιδόω, vnde ἀκηλίδωτος βίος, vita immaculata,cap. 4.Sapientiæ.

Ἄκημα,ατος,τὸ,medela.παρὰ τὸ ἀκῶ.Homerus.

Ἀκὴν,tacité.ab ά & χαίνειν. Iliad.γ,ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,& Οδ.β,πάντες ἀκὴν ἔσαν,conticebant.

Ἀκήξατο,cum tuſsi expuit,Hippocrat.

Ἀκηράσιος,nō vitiatus,Apol.l.2.οἶνος ἀκηράσιος, vinū ſyncerū.Hom....ὖν ἀκηράσιον θεῖον ποτόν.

Ἀκήρατος,ὁ καὶ ἡ,incorruptus,immortalis,ab ά & κήρ.Lucian. κιθάραν χρυσοῦ τῦ ἀκηράτου πᾶσαν,citharā auro puro conflatā.Apoll.2.Arg. παρθενίην καὶ λέκτρον ἀκήρατον, lectus inuiolat⁹. Eurip.οὐ σώφρων καὶ κακῶν ἀκήρατος, pudicus & vitæ integer. vbi etiā legitur ἀκήραστος. ἀκήρατα κτήματα, opes integræ,non acciſæ.

Ἀκηρεσία,corruptionis expers natura,ἀφθαρσία.

Ἀκήριος,ὁ καὶ ἡ,incorruptus,immortalis. Phocyl. ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι,animi remanent æterni. ¶Aliquando auferens cor. Ilia.ι,ἡμέραι ἀκήριοι, dies fortis expertes, vel ἀνέργητοι,inefficaces.¶ἀκήριον ὄνειρον, Apoll. i.ἄψυχον.¶Illæſus & indemnis,apud Nicand.

Ἀκηρυκτεὶ, & ἀκηρύκτως citra præconem, citra caduceatorem.

Ἀκήρυκτος,ὁ καὶ ἡ,implacatus:ἀκήρυκτος πόλεμος, bellum non indictum,Herodot.li.5.vnde Ἀκηρύκτως, Thucy. ¶Item Ἀκήρυκτος,qui præconio non celebratur,Æſchin.

Ἀκηχέδαται,dolent,præt.paſſ. Ionicè ab ἀχάζω.

Ἀκήχεμαι,triſtis ſum.vnde ἀκηχεμένη κραδίη.

Ἀκιαρώτερον,imbecillius,ἀσθενέστερον,Heſych.

Ἀκίβδηλος,& Ἀκιβδήλευτος,ου,ὁ,incorruptus,purus.Herodot.in Calliope.

Ἀκιδνὸς,ῦ,ὁ,tenuis,debilis, & Ἀκιδνότερος,debilior,Οδ.έ, ab αἰκίζω: vel ab ά priuat, & κινῶ.

Ἀκιδρωνάζω,aciem oculorū obtūdo,ἀμβλυωπῶ.

Ἀκιδώδης,cuſpidis teli effigiē gerens. Theophr.

Ἄκικυς,ὁ,impotēs,ab ά & κίκυς,potētia. Οδυσ.ι.

Ἀκίναγμα, concinna manuum compleſio & pedū cōcuſsio ad numeros.dicitur & Ἀκίναγμος.

Ἀκινάκης,ου,ὁ, gladius eſt Perſicus. Herodot.in Polym.

Ἀκίνδυνος,ὁ καὶ ἡ,periculo carens. Demoſth.περὶ στεφ.οὔτε ἀκίνδυνα ἑώρων,neque ea periculo vacua videbant. vnde Ἀκινδύνως,tutò.τὸ ἀκίνδυνον,periculi fuga,impunitas.

Ἀκινησία,ἡ,immobilitas,quies,difficilis motus, Aphrod.

Ἀκίνητος,ου,ὁ καὶ ἡ,immotus. Apud Plat.in legib. ἀκίνητα κινεῖν,eſt terminos mouere.¶Aliquādo ἀκίνητος dicitur pertinax, Cebes,ἀκινητότεροι ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι.

Ἄκινος, acinus,herbæ genus ἄκονος à quibuſdam dictę:Ocymaſtrū Latini vocāt.Plin.21.c.27.

Ἀκινητίνδα,luſus erat quo inter ſe concertabant, qui immotus & quietus diutiùs perſiſteret. Pollux lib.9.

Ἀκὶς,ίδος,ἡ,& ἄκις Æolicè, cuſpis,mucro,ſpiculum,aculeus.Seruius in primum Æneid.ἀκίδας interpretatur,Acidalia(inquit)Venus dicitur,quia dat curas,quas Greci ἀκίδας dicūt

Ἀκκίζω,μ. ίσω, & ἀκκίζομαι, deponens. fictè recuſo. Acciſſare Græco prouerb.dicūtur, qui cum maximè cupiant accipere quippiam,tamen fictè recuſant, Cicer.ad Att.lib.2. Plut. indicat Acco & Alphito mulieres fuiſſe, per quas fœminæ deterrent pueros à peccando.

Ἀκορίζειν,perdere cimices,in Epigram.

Ἄκλαδ ἄμπελος, vitis non putata, ἀκλάδευτος Æolicé.Ἄκλαστος, ὁ καὶ ἡ.infractus.

Ἄκλαυστος,ου,ὁ καὶ ἡ,& Ἄκλαυτος,modò actiuè,qui non flet, fletus expers:modò paſsiuè, indefletus. Ἀκλαφὴς,έος,idem.

Ἀκλεὴς, έος,ὁ καὶ ἡ,& Ἀκλεής,& Ἀκλεός, ignobilis, inglorius,ignotus, ἀκλεὴς γενόμενος, infamia notatus,Herod.lib.5.

Ἀκλεία,ας,ἡ, & Ἀκλεΐη,ignobilitas,Epigram.

Ἄκλειστος,ὁ καὶ ἡ, & Ἀκλήϊστος,peruius, Thucyd.lib. 2.ἦν γὰρ ἀφύλακτος καὶ ἄκλειστος.

Ἀκλεπτος,ὁ καὶ ἡ,ἀληθὴς,Sophoc. in Phædra.

Ἀκλεῶς,turpiter,indecorè,dicitur & Ἀκλειῶς,Οδ.

Ἀκληρέω,μ.ήσω,ſum exors.

Ἀκληρία,ας,ἡ,calamitas,egeſtas,Ἀκλήρημα.

Ἄκληρος,ὁ καὶ ἡ,exors,expers, i. ſine parte. Lucianus pro paupere, θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνδράσι, mercede ſerituros inopibus & egenis viris.

Ἀκλήρωτος,inſortit⁹ Plauto.vnde ἀκληρωτεὶ nō ſortitò,nō ductis ſortib⁹,apud Dion.Cocceū.

Ἄκλητος,ου,ὁ καὶ ἡ,non vocatus. & Ἀκλητὶ, inuocatò, vnde prouerb.ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι, vltrò conuiua amicus ad amicum venit.

Ἀκλινὴς, immotus,Nazanz. γῆ μὲν ἕστηκε παγία καὶ ἀκλινὴς,firma & ſtabilis.

Ἄκλιτος,ου,ὁ καὶ ἡ, indeclinabilis,inflexibilis.
Ἀκλόνητος,ου, incõcuſſus, immot⁹,ἀσάλευτος,ἀδόνητος,& Ἀκλυδώνιστος, immobilis,imperturbat⁹.
Ἄκλυστος,ου,ὁ,trãquillus,ἄκλυστος γαλήνη, Plutar.
Ἀκλώνιτος,ου, ὁ καὶ ἡ, ramis carens,Theophr.hiſtor.6.cap.5.
Ἀκμάζω,μ.άσω,ętate vigeo,ferueo,ἀκμάζειν πλούτῳ,opibus florere, Herodot.lib.1.τοῦ θέρεος καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος ἐσέβαλον ἐς τὴν ἀττικήν, æſtate frumentíſque maturis. Thucydid.lib. 2.ἀκμάζοντα μῆλα,poma verna,quę vere maturitatem ſuam abſoluunt, Dioſcorid. ἀκμάζει πόλεμος, bellum eſt atrox,Plutarch.ἀκμαζούσης ἡμέρας, ipſo meridie,Herodian.ἀκμάζοντος θέρους,i.adulta iam æſtate.
Ἀκμαῖος, ὁ, ἀκμαῖος τὴν ἡλικίαν, integer æui. ætate vigẽs,Lucian.ἀκμαῖος τὴν ὀργὴν,ira feruidus.ἀκμαίη πρὸς ἔργα,in Epigram.
Ἀκμαστὴς,valẽs & robuſtus apud Herodian.l.1.
Ἀκμαστικοὶ πυρετοὶ,apud Galen. καὶ ὁμότονοι dicũtur febres, quæ ab initio ad finem eundẽ vigorem & tenorem ſeruant.
Ἀκμὴ,ῆς,ἡ,vigor,flos ætatis,robur,occaſio,cuſpis.οἱ ἐν ἀκμῇ, Polyb. iuuenes,ſeu viri. Iſocr. ad Nic.κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τοῦ καιροῦ τυχεῖν, optimum eſt temporum punctum attingere,i.articulũ. ¶Ἀκμὴ ὀξύτης, ſumma acies,Bud. ¶ Laſcaris in Epigr.dentes felis & vngues ἀκμὰς appellat.
Ἀκμὴν,aduerb.rurſus, adhuc,præterea.Iſocrat. ad Demo.καὶ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς,i.etiãnum.
Ἄκμηνος,ου,ὁ, penitus eſuriens. Iliad.ζ, ἀκμηνὸς verò,Odyſſ.α,ætate integer.
Ἀκμὴς,ῆτος, ὁ,ἀκμὼς, indefeſſus,integer,recens, i.ἄκμητος,Lucian.σὺν στρατῷ ἀκμῆτι,cum recenti exercitu,Alphæus Epigram. πύλας ἀκμῆτας ὀλύμπου, vocat inuictas.
Ἀκμητὶ,facillimè,nullo labore:dicitur& Ἀκμητεί.
Ἀκμόθετον,ου,τὸ,ſeu Ἀκμόθετος, lignum ſuſtinens incudẽ.Il.σ,θῆκεν ἐν ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα.
Ἄκμων,ονος,ὁ,incus,Herodot.lib.1.Vnde πυράκμων,faber qui à calenti incude non diſcedit.
Ἄκνας,vocat Aëtius varos in facie, alii ἰονθους, Caſsius medicus Ἀκμὰς, quòd in ætatis flore erumpant,vocat.
Ἄκνησις,εος,ἡ,pars ſub ſcapulis, ad ſpinam dorſi παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι κνήσασθαι, quòd illã ſcabere ſit difficile.Odyſſ.κ.
Ἄκνισος,inſulſus.Ἄκνισος κρέας,incolumis habitus,Gaza ex Theophr.de cauſ.pl.lib.2.c.6.
Ἀκοὴ,ῆς,ἡ,auditus,ſenſus audiendi, ἀκοῆς ἄξιος, i.dignus auditu. ἀκοῇ οἶδα, auditu cognoui. Thucydid.li.1. μίνως γὰρ παλαιότατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν ναυτικὸν ἐκτήσατο. Æſchin.κλέπτοντες τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, obrepentes veſtris auribus,i. fallendo. Plutarch.περὶ τοῦ ἀκούειν,ἅμα τῆς ἀκοῆς ἐξερρύη τὸ ἡδὺ,ſimul auditionis voluptas effluit.¶Pro rumore,Thucyd.οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων δέχονται,i. etenim homines rerum antecedentium famam ſuſcipiunt. ¶Paulus ad Rom.10.ca.pro verbis, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Quis credidit ſermonibus noſtris? ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθὴ, καὶ ἡ ἐπακρόασις ὑπὲρ στέαρ κριῶν.i.obedientia.
Ἀκοίμητος,ὁ καὶ ἡ,vigil,irrequietus,Nazanz.
Ἀκοινωνησία, ας, ἡ, proprietas . Ariſtotel . lib.2. Polit. cap. 3.
Ἀκοινώνητος,ὁ καὶ ἡ, inſociabilis, & ſeparat⁹,Luci. Cicer. ad Attic. lib.6. ἀκοινωνήτως , reddidit contumaciter, arroganter ſcribere, i. ſeuerè, auſterè . ἀκοινώνητοι , apud eundem dicuntur inciuiles & inconciliati,Gell.lib.12.cap.11.
Ἀκοινωνία, diſſociatio,diſiunctio.Plato epiſt.3.
Ἀκοίτης,ου,ὁ,maritus, in Epigram.ἄκοιτις autem ἀκοίτιδος, vxor,ab ἁ,i.ὁμοῦ,& κοίτη, i.lectus.
Ἄκοιτος,ου,ὁ,ſine cubili. Plin.lib.11.cap.15.mel ἄκοιτον vocat , quod eſt ſine retrimento ſedimentóue.
Ἀκολάκευτος,ου,ὁ καὶ ἡ,inexorabilis,Item Ἀκόλακος.
Ἀκολασία,ας,ἡ,libido,intẽperantia,luxus, Plat. 2 .de Rep.Ariſtot.li.2.Ethic.ad Nicom.ca.7. μεσότης μὲν σωφροσύνη , ὑπερβολὴ δὲ ἀκολασία, mediocritas quidem eſt temperantia, exuperatio autem intemperantia.
Ἀκολασταίνω , proteruè & libidinoſè viuo , Plutarch.περὶ τύχης.
Ἀκολάστημα,ατος,τὸ,ſcelus,flagitium, ſcortatio.
Ἀκόλαστος,ὁ καὶ ἡ,intemperans. nequam interpretatur Gellius li.7.ca.11.Item qui libidines non coherceat aut punit , Ariſtotel. lib.1. Rhet.ad Demo. laſciuiẽs, Ariſtoph.in Pluto,ἀκόλαστός ἐστιν ἀεὶ τοῖς τρόποις, eſt perditis moribus.Plut. in Lycurgo, πρὸς τὰς συνουσίας ἀκόλαστοι , ad coitum intemperantes.ἀκόλαστος γλῶσσα,lingua effrenis.
Ἄκολλος,& Ἀκόλλητος, Gal.q. cõglutinari nequit.
Ἄκολος,ου, ἡ, fruſtum panis vel fruſtulum , ἀκολάζειν,i.κολοβοῦν,quòd hęc fruſtula propter exiguitatem vix frangi queant.Odyſſ.ρ,Αἰτίζων ἀκόλους,οὐκ ἄορας οὐδὲ λέβητας.
Ἀκολουθέω,μ.ήσω,ſequor : Lucian.ὑμεῖς δὲ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι. Iſocr. ἐν τῷ πλαταϊκῷ genitiuo iungit cum μετὰ præpoſitione. ¶ Pro obſequor,Demoſth.περὶ στεφ. ¶Pro aſſequor, ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ,Plato. ¶Pro conſequens eſt, Ariſt.δυοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν ἀκολουθεῖ τὸ ἓν εἶναι.
Ἀκολουθία,vel ἀκολούθησις,aſſectatio,conſequentia,ordo,comitatus.
Ἀκόλουθος,ὁ καὶ ἡ,aſſectator,comes, aſſecla,famulus: Lucian.in Nigr.φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλος. Demoſt.περὶ τοῦ στεφ.ἀκόλουθα τούτοις πράττειν, &c.his cõſentanea efficere. Xenoph.ἀκόλουθοι τῶν συνδείπνων,i.reliqui conuiuæ.
Ἀκολούθως τούτοις,i.poſt hæc,Dioſcorid.lib.6.
Ἀκόλυμβος,ου,ὁ,notãdi inſcius.Strab.lib.6.
Ἀκόμψος,non bene miniſtrans,non verſutus.
Ἀκομία,ας,ἡ,caluitium,apud Nazanzenum.
Ἀκομμασία,ας,ἡ,incommodum.
Ἀκόμιστος,neglectus,ſquallidus. apud Nonn.
Ἀκομιστία,incuria,curationis defectus,Them.

Ἀκόμιον, ſimum, σιμόν. Ἄκομος, caluus.
Ἄκομπος, ου ὁ, minimè ambitioſus.
Ἄκομψος, ου, ὁ καὶ ἡ, frugalis, inelegans, vilis.
Ἀκονάω & Ἀκονέω, μ. ήσω, acuo, Lucian. in Tim.
Ἄκονδος, ingratus, ἄχαρις: à κονδὴ, i. gratia.
Ἀκόνη, ῆς, cos. ἀκόνην σπίζεις, cotem alis. ξυρὸς εἰς ἀκόνην, nouacula cotem. Vide Chil. Eraſm.
Ἀκονήλιθος, cos cotis: mortarium apud Hippoc.
Ἀκόνημα, ατος, τὸ, incitamentum.
Ἀκόνιον, coticula, Dioſcorid. lib. 1. de ebeno arbore, εἰ δέ τις ποιήσαι ἐκ τῆς ἐβένου ἀκόνιον χρῷτο εἰς τὰ κολλύρια, βέλτιον ἐνεργήσει. Si quis attrita in cote ebeno ad oculorum collyria vtatur, efficacius medebitur.
Ἀκονιτὶ, ſine puluere, i. χωρὶς κόνεως, facilè, ἀμαχητὶ, ſine pugna, Thucyd. lib. 4.
Ἀκόνιτον, ου, τὸ, aconitum, herba venenata dicta à cotibus quas ἀκόνας vocant, in quibus naſci fertur: Ouid. lib. 7. Metamorph. *Quæ quia naſcuntur dura viuacia caute, Agreſtes aconita vocant*. vide Dioſcorid. lib. 4. & 6. Theophraſt. lib. 9. hiſtor. plant.
Ἀκόνιτος, ὁ καὶ ἡ, non illitus calce, ἀπίσωτος, i. non picatus, vt exponit Dioſcorid. lib. 1.
Ἄκονος, ου, ὁ, impercuſſus. ἀδείμαντος, impauidus. Eſt & aconus genus herbæ, quæ & Ἄκινος, Dioſcorid. lib. 3.
Ἀκοντὶ, inuitè, ἀκουσίως, ingratis, Therent.
Ἀκοντίας, ου, ὁ, iaculus ſerpentis genus. Lucian. βουπρήστεις καὶ ἀκοντίαι καὶ ἀμφίσβαιναι, &c. Ἀκοντίαι etiam ſtellæ ſunt crinitæ. Iaculus ſerpens, etiam dicitur ἀκοντίλη. Ἀκοντιὰς verò, herba eſt quæ canes curat à ſerpentibus demorſos.
Ἀκοντίζω, μ. ίσω, iaculor. Homer. ἀκόντισε δουρὶ, haſtam contorſit. Interdum ſic cōſtruitur, ἀκοντίζω εἰς τοῦτον. Thucydid. lib. 7. cum datiuo, οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων αὐτοῖς ἀκοντίζοντες. ¶ ἀκοντισθεὶς, iaculo ictus, Muſæ.
Ἀκοντικὸν, pharmacum quoddam, quod telorum vulnera ſanat.
Ἀκόντιον, ου, τὸ, iaculum, telum, Xenoph. 1. Pæd.
Ἀκόντισμα, ατος, τὸ, & ἀκοντισμὸς, οῦ, ὁ, & ἀκοντιστύς, ύος, ἡ, iaculatio, vulnus, Plutar. in Camil.
Ἀκοντιστὴς, οῦ, ὁ, iaculator, Xenoph. lib. 1. Pædiæ, Theocrit. εἰδ. ρʹ.
Ἀκοντοβόλος, ὁ καὶ ἡ, iaculator, veles.
Ἀκοντοδόκος, qui iaculorum ictus vitat & declinat.
Ἄκοπα, τὰ, medicamenta laſsitudines leuātia.
Ἀκοπίαστος, laſsitudinis expers. Ariſtot. de mundo, ἀκοπίαστόν τινα ὁδὸν εὑροῦσα, viam nacta facilem. ¶ Ἀκοπιάστως, i. nullo labore, nullo negotio. Ἀκοπητὶ.
Ἄκοπος, ὁ καὶ ἡ, indefeſſus, pro non eroſo à tineis, Theophraſt. hiſt. plant. lib. 4. cap. 4. ¶ τὰ ἄκοπα dicuntur remedia contra laſsitudines. Dicitur & ἄκοπος ἵππος ὁ μὴ κόπτων τὸν ἀναβάτην, non ſuccuſſans, Xenoph. ¶ Eſt etiam Acopos herba Plinio li. 27. & arbuſcula quæ anagyris Dioſcoridi.
Ἀκόπρος, ὁ καὶ ἡ, non ſtercorat⁹, ſtercoris indigus.
Ἀκορέατος, noxius, inutilis, βλαβερὸς, ἀνωφελής.
Ἀκόρεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, inexplebilis, Chryſoſt. ὁ τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας ἀκόρεστος, ille Dei cultor inſatiabilis.
Ἀκορέστως, inſaturabiliter Cic. inſatiabiliter Plin.
Ἀκόρητος, ου, inſatiabilis. Heſio. ἄρης ἀκόρητος ἀυτῆς.
Ἀκορία, ας, ἡ, inſatietas. ἀκορία τροφῆς.
Ἄκορνα, Theophraſt. lib. 6. cap. inter ſpinoſas plantas reponit.
Ἄκορος, veneria, de qua Theophr. li. 2. hiſt. plāt.
Ἀκόρυμβοι, acini, vel grana qualia in hedera, Sui.
Ἀκόρυστον, impexum, infructuoſum, ἀκτένιστον.
Ἄκος, εος, τὸ, medela, Iliad. ι. ἄκος ποιεῖσθαι, remedium afferre, apud Colum. l. 7. ἐμβρίου ἄκος.
Ἀκοσμέω, μ. ήσω, indecorè me gero, Iſocr. in Areop. ἐσκόπουν δι' ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας.
Ἀκοσμήτως, incōpoſitè, Plato.
Ἀκοσμία, ας, ἡ, dedecus. ἀταξία, Iſocrat. vita flagitioſa, Cic. Hoc verbo Plutarch. ſtatū Rom. Reip. tempore belli ciuilis appellauit.
Ἀκοστέω, μ. ήσω, π. ηκα, ordeo ſaginor, paſcor, Il. ζ.
Ἀκόστη, ordeū, κριθὴ, vel omnis cib⁹, Hom. Interp.
Ἀκουάζω, μ. άσω, audio. ἀκουάζονται ἀοιδοῦ, Ilia. θ.
Ἀκουὴ, pro ἀκοὴ, auditio, Odyſ. ξ, ὁ δ' ἔβη κατὰ πατρὸς ἀκουήν. Ἄκουοι, οἱ, aures, ὦτες.
Ἄκουρος, ου, ὁ, intōſus: vel ἄπαις, qui eſt ſine liberis.
Ἄκων, ἄκοντος, ὁ, iaculū, Ariſtid. in Romæ encom.
Ἄκουσα, ης, ἡ, inuita: apud Hipp. πεπληρωμένη, Gal.
Ἀκουστάζω, cogo. reperitur cap. 15. Numer.
Ἀκούσιος, ὁ καὶ ἡ, inuitus ἀπαντήσεις ἀκούσιος, i. occurſus non vltroneus. Plato de Leg. ἀκούσιος ἀδικία, non ſpontè facta iniuria. τὸ ἀκούσιον, quod quis inuitus facit, Ariſtot. Ἀκουσίως, incōſultó.
Ἄκουσμα, ατος, τὸ, auditio, præceptum. Iſocrat. ad Demonic. ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω.
Ἀκουσμάτιον, auditiuncula Gell. Lucian.
Ἀκουσίθεον, quod ad Dei aures peruenit. Epigr.
Ἀκουστὴς, οῦ, ὁ, auditor, Halicarn. & Ἀκουστικὸς, auditu valens, auditor. νεῦρον ἀκουστικὸν, Aphrod.
Ἀκουστὸς, οῦ, ὁ, ſub auditum cadens, ἀκούων τὰ ἀκουστὰ, Xenoph.
Ἀκουτίζω, audire facio. Nazanz. ἀκουτισθῶμεν ἀγαλλίασιν genit. & accuſ. iungitur. ἀκουτίσαι pro docere, διδάξαι, Suid.
Ἀκούω, μ. σω, audio. Xenoph. ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου, eum de amicis diſſerētem audiui. Idem, τοῦτο πολλῶν, ἔφη, ἀκούειν, hoc ſe ex multis audire dicebat. ¶ Ἀκούω etiam accipitur pro ὀνομάζομαι, & καλοῦμαι, id eſt, dicor & appellor. Herodot. in Thalia, ἀκούω μουσικὴν εἶναι προφῆτις. ¶ Cum datiuo. Plato in epiſt. 7. οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ, καὶ μὴ νέῳ, res non eſt indigna quæ à iuuene audiatur & ſene. ¶ Ἀκούεσθαι etiam pro accipi ſeu aſſumi. Gaza li. 4. Grammat. τοῦτο δὲ καὶ ἀποτελεστικῶς ἔχει ἀκούεσθαι. ¶ Cum participio alterius verbi. Xenophon lib. 1. Pædiæ, ἤκουσεν ἀνδρὸς ἤδη τὰ ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον, audiuit res viro dignas Cyrum gerere.
Ἄκρα, ἡ, cacumen, vertex, κατ' ἄκρας εἷλε, à ſum-

mo occupauit {Euripid. ὧτ' ἄκραν ἠκούσατε, nō leuiter quidem audiſtis. ἄκρα etiam ſunt extrema, vt inter elementa γῆ καὶ πῦρ. Ariſtot.

Ἀκράγαγον, non excitatum nec perflatum.

Ἀκράδαντος, inconcuſſus, immotus, ἄσειστος, Suid.

Ἀκραγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, imbecillis, difficilis, Etym.

Ἀκραῖος, Euripid. ἀκραίας θεοῦ ἥρας, quæ arcibus præeſt.

Ἀκραίπαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, arcens crapulam, Dioſcorid. lib. 1.

Ἀκραιφνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, purus, ſyncerus, Thucyd. ὕδωρ ἀκραιφνέστατον, Dioſcorid. lib. 5. Pro alacri vertit Gaza ex Catone Maio. ἀκραιφνεῖ καὶ ἀπλῶτι ψυχῇ ἐφορμᾶν.

Ἀκράσιον, integrum, illæſum, recens, ἀκέραιον.

Ἀκρανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, grauis, exoſus, ἀπεχθής. incontinens, ἀκρατής.

Ἄκρανον, illegitimum, iniquum, contra leges.

Ἄκραντος, & Ἀκράαντος, imperfectus, ἐκ τοῦ κραίνω, τοῦ τελειῶ. Pind. ἄκραντα γηρύεται.

Ἀκραξόνιον, ſumma pars axis, Interp. Apol. Rhod.

Ἀκρασία, ας, ἡ, incontinentia, de qua Ariſtot. 7. Moral. ad Nicom. cap. 1. ἀκρασία τοῦ ἀέρος, cęli intemperies, Theophr.

Ἀκράσιτος, inexplebilis, ἀπλήρωτος.

Ἀκράτεια, ας, ἡ, intēperantia, ἀκράτεια τῶν προσφερομένων, morbus eſt ſtomachi incontinentis. Ἀκράτευμα, ατος, τὸ, intemperantia. Ἀκρατεύομαι, ago incontinenter.

Ἀκρατὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, incontinens. ἀκρατὴς θυμοῦ, ἀκρατὴς τιμῆς, ἀκρατὴς κέρδους, apud Ariſtot. ἀκρατὴς ἀφροδισίων, pro libidinoſo, Xenoph. ἀκρατὲς στόμα, os quod cohiberi nequit. ¶ Ἀκρατὴς οἶνος, vinum dilutum. ¶ τὸ ἀκρατὲς, incontinentia, impotentia.

Ἀκρατίζω, μ. ίσω, iento, merum bibo, Interp. Ariſtoph. in Pluto.

Ἀκράτισμα, ατος, τὸ, ientaculum, Suid. in verbo δεῖπνος.

Ἀκρατισμὸς, οῦ, ὁ, ientaculum. Plutarch. in Symp. à meracius potandi conſuetudine nomen accepiſſe dicit. Athenæus dicit veteres ἀκρατισμὸν etiam διανηστισμὸν vocaſſe.

Ἀκρατοποσία, meraci vini potus, Dioſc. lib. 6.

